e Polonia in Italiam revocatus regem salutat.  
(Ital., orig., sigil.)  
A. G. S. Estado, Leg. 698, f. 138.*

Sacra Regia Catolica Maestà.

Havendomi concesso Sua Santità, che io me ne ritornassi in Italia per curarmi da alcune indispositioni che gravemente mi travagliavano in Polonia, ho giudicato debito mio venir qui in Corte Cesarea per dar conto di presenza all'Imperatore et a Don Guglielmo di San Clemente, ambasciatore qui residente per la Maestà Vostra, dello stato in che al presente si ritrovano le cose del Regno di Polonia per tutto quello che potesse succedere per servitio della Maestà Vostra et di questo Serenissimo Principe d'Austria, come ho procurato sempre con quella maggior fede et diligenza che deve fidelissimo vassallo et obligatissimo servitore. In questi particolari mi rimetto alla relatione che compitamente ne farà alla Maestà Vostra il sudetto Don Guglielmo suo ambasciatore, et perciò con la presente con humilissima riverenza vengo solamente a farle ampla fede, che in qual si voglia luoco et in ogni occasione che potrà occorrere, haverò sempre per fine principale di tutte le attioni mie di servire alla Maestà Vostra con somma devotione et integerrima fede, essendo questo il maggior desiderio che ho ne l'animo d'impiegarmi nel suo real servitio et spendervi la vita propria per corrispondere alli miei maggiori. Prego il Signore Dio, che conservi lungamente felice la Real Persona et tutti li

stati della Maestà Vostra per sostegno della Republica Christiana et humilissimamente me l'inchino. Di Praga li XXVIII di maggio MDXCI.

u) Di Vostra Maestà,  
fidelissimo vassallo et obligatissimo servitore,  
Annibale, Arcivescovo di Napoli v).

*In dorso:* Alla Sacra Catolica Real Maestà del Re, nostro Signore.

*Alia manu:* Praga. A Su Magestad. 1591.  
El Arcobispo de Napoles a 28 de mayo.

u)-v) *manu propria.*

N. 21.

S.L., 9.VI.1591.

[*Guillen de San Clemente*]  
*ad Rudolphum II imperatorem*  
*de negotio archiducis Maximiliani in rebus Poloniae.*  
(*Hisp., exemplar.*)

A. G. S. Estado, Leg. 698, f. 152.

S.C.R.M. a)

Pues que mi enfermedad me ympide poder escribir a Vuestra Magestad estos ringlones de mi mano me es forçoso hazello de la agena por cumplir con mi obligacion en esta coyuntura de la venida del Serenissimo Rey Maximiliano, mas que por pensar que sea necessario acordar a Vuestra Magestad quantas vezes de parte del Rey, mi Señor, le he acordado como agora tambien lo hago que quiera interponer su auctoridad en el negocio de Polonia guiandolo con ella de manera que resulte el fin que se pretende en beneficio de la Serenissima Casa de Austria, sin permitir que la competencia que podria nacer entre Sus Altezas, fomentada quiza por quien en otra ocasion se ha aprovechado tanto della, pueda estorvar los disignios que se llevan en tanto beneficio de la Christiandad, y porque tengo dicho a Vuestra Magestad tantas vezes esta intencion del Rey mi Señor, que seria cansar a Vuestra Magestad tornalla a repetir, aqui seran solo estos ringlones para supplicalle (como humilmente le supplico) sea servido de componer este negocio agora con la ocasion de la venida del Serenissimo Rey, de tal manera que no se haya de temer mas que esta platica se confunda en perjuizio de la propia por mala yntelligencia, pues siendo Sus Altezas tan obedientes a los mandamientos de Vuestra Magestad, es cierto que ni el uno ni el otro saldra de lo que les mandare; entrambos saben por haverse yo dicho algunas vezes que la voluntad del Rey su tio esta muy prompta para ayudar a qualquiera dellos en qualquier ocasion, precediendo pero la voluntad de Vuestra Magestad y no de otra manera.

*In dorso:* Duplicado del villete escrito al Emperador a 9 de Junio 1591.

a) *sic in ms.* S[acra] C[atolica] R[eal] M[agestad], *error, probabiliter* S[acra] C[esarea] I[mperial] M[agestad].

Pragae, 15.VI.1591.

*Guillen de San Clemente*  
*ad Philippum II regem Hispaniae*  
*de Hannibale de Capua.*  
(*Hisp., relatio ex cryptogr.*)  
A. G. S. Estado, Leg. 698, f. 155.

Señor.

Ha estado mas de 15 dias ha en esta Corte y esta todavia, aunque de partida, el Rey Maximiliano procurando saber del Emperador que manda que se haga en lo que toca a las platicas que traen el y el Archiduque Ernesto en Polonia y despues de aver oydo el Emperador al Arçobispo de Napoles, que tambien esta aqui, se ha resuelto en que Maximiliano haga lo que pudiere y no abandone su platica ni tampoco abandone Ernesto la suya. Los fundamentos que dizen que ha tenido para esto son que siendo elegido Maximiliano y dandole esperanças y entretenimientos sus mismos adherentes no es justo que abandone la platica ni que tampoco abandone la suya el Archiduque Ernesto, pues el Sueco le promete de ayudarle y hazer que lo hagan tambien todos los que le siguen. El Arçobispo de Napoles, de quien el Emperador se ha querido informar, dize que de la platica del Archiduque Ernesto con el Rey nunca ha oydo nada; que bien sabe que tiene muchos afiçionados en el Reyno y esto lo sabemos todos porque en la election lo tocamos con la mano; que sabe cierto que la Casa de Austria en general nunca ha tenido tanta parte en el Reyno como agora tiene, no obstante que el Canciller por desfavorecido que este del Sueco, la tiene tambien muy grande y muy grande autoridad y mayor vigilancia en que no sea Rey de la Casa de Austria. Afirma tambien que el Sueco es austriaco y que se quiere yr a su Reyno y que su pretension en sola emparentar con la Casa de Austria para establecerse en su Reyno y assegurarase del Moscovita. Por parte de Ernesto se pretende que en casandose con una de Casa de Austria declare su partida y que renuncie al Reyno de Polonia. Por parte de Maximiliano dizen que significa esto para que Ernesto le favorezca en el casamiento y que en concluyendole se estara en el Reyno estorvando al uno y al otro sus pretensiones.

. . . . .  
*In dorso: Praga. A Su Magestad. Descifrada.*  
Don Guillen a 15 de Junio 1591.  
Recibida a 12 de Agosto.  
Polonia.

Pragae, 25.VI.1591.

*Guillen de San Clemente*  
*ad Philippum II regem Hispaniae*  
*de prospectato matrimonio Sigismundi III cum filia archiducissae Mariae.*  
*(Hisp., relatio ex cryptogr.)*  
A. G. S. Estado, Leg. 698, f. 156.

Señor.

La Archiduquesa Maria da tanta prissa al Emperador que se resuelva en el casamiento de una hija suya con el Principe de Suecia, que llaman Rey de Polonia, que Su Magestad ha sido forzado de consentir en ello y dar licencia como ella instava que se pudiesse responder al Cardenal Radivila que siempre que el Principe de Suecia pidiese una de las hijas del Archiduque Carlos se le daria graciosa y buena respuesta. Hame mandado el Emperador que yo escriba a Vuestra Magestad en conformidad de lo que le hara representar por su Embaxador, que sin esperar su parescer se ha resuelto en esto por la prissa que el negocio tenia porque el Cardenal Radivila que estava en Padua, esperando esta respuesta, instava cada dia por ella. Ha sucedido que haviendo el Emperador querido dar esta respuesta en general sin expecificar qual de las hijas le daria, porque tampoco se expecificava de parte del Sueco qual queria, la Archiduquesa de suyo ha hecho entender o al Cardenal o a un Conde Gustavo de la camara del Sueco, que tambien estuvo en Graz y despues fue a Babiera, que la Princesa Ana que es la mayor se ha declarado que no la pidan a ella porque no se quiere casar con el Sueco. Sospechase que ha sido de ofendida de que ha hecho diligencias por retratos de su segunda y tercera hermana y de que se informa si es ella metida de hombros o corcovada. Algunos piensan que es mas la madre la ofendida que no la hija que es muy hermosa de rostro porque le deve de parescer que las corcovadas no son ynhabiles para ninguna cosa, pues ella no lo ha sido. Al Emperador no le ha parecido bien esta diligencia y ha embiado a reprehender por ello a la Archiduquesa y a mandalle que disponga a la Princesa Ana a que haga lo que tuvieren por bien los que han de disponer de sus cosas como lo han hecho todas las demas de esta Serenissima Casa de Austria. Guarde Nuestro Señor etcetera. De Praga a 25 de Junio 1591.

*In dorso:* Praga. A Su Magestad. Descifrada.  
Don Guillen de Sant Clemente a 25 de Junio 1591.  
Recibida a 12 de Agosto.

En materia de casamiento del Principe de Suecia con una hija del Archiduque Carlos.



*Guillen de San Clemente*  
*ad [Martinum Idiaquez?]*  
*de Hannibale de Capua*  
*(Hisp., relatio ex cryptogr.)*  
*A. G. S. Estado, Leg. 698, f. 158.*

Los dias passados me dio una carta de Su Magestad un clerigo que dice que se llama Flavio Genga y por las que escrivo a Su Magestad vera Vuestra Merced lo que se ha hecho en ello. Lo que yo puedo dezir es que quando estava en Polonia conosci alli a su hermano y no me le podia echar de casa, y fue avisado que era hechura del Canciller y en las preguntas que me hazia bien impertinentes lo eche de ver, y agora estando aqui el Arçobispo de Napoles me lo ha confirmado diziendo que el, por lo mismo, le ha echado de la suya. No es menos entremetido que el clerigo su hermano que Vuestra Merced conosce el qual me ha mostrado agora descuydadamente (de que el creo que esta bien arrepentido) una carta del Duque de Florencia por la qual escribe al que esta en Transilvania que le da licencia que por dos años mas este alli. Tras caer en lo que avia hecho, me mostro otras cartas del Embaxador Lanzon que estava aqui y agora en essa corte en que le exortava que bolviesse al servicio del patron viejo. El dize y porfia que no esta con el Duque de Florencia y que mas quiere servir al Rey nuestro Señor y tras desto me dizen que nunca sale de casa del Embaxador de Toscana que reside aqui, al qual Embaxador he dicho lo que passa porque no piense que les hurtamos sus criados. El dize que no sabe si lo es o no lo es; yo he visto una carta sin firma que de Florencia escriven al Rey Maximiliano en que le avisan que estava alli un personage del Principe de Transilvania pidiendo dineros prestados al Duque para introducirse en el Reyno de Polonia antes que le ocupen los Austriacos que si es assi, aunque yo no lo afirmo ni lo se, podria ser que este ingeniero anduviesse en estas platicas porque me afirma el Arçobispo de Napoles que no es nada inclinado a la Casa de Austria.

Este clerigo dize que quiere esperar en esta corte (donde ya da algunas sombras su entremetimiento) a lo que Su Magestad respondera sobre esto y aunque yo le he advertido que podria ser que la respuesta tardasse, el no quiere partirse sino estarse aqui; a lo que veo esta lleno de grandes pretensiones y muestra una capitulacion que el Conde de Olivares hizo con Federico Zucaro y creo yo que no querra menos para su hermano y buena ayuda de costa para su camino conforme al que ha de hazer que es otro <sup>a)</sup> tanto que el otro.

Dize que el Duque de Urbino dessea mucho este negocio y que su agente que esta en essa corte lo solicita. Yo no he hallado que este hombre aya sido soldado ni se que aya visto en otra guerra si no la de los Moscovitas. Tras esto muestra una lista de fortalezas que ha hecho en Italia. Esta es toda la historia que yo puedo escrevir tocante a este hombre, sin quedarme que añadir mas de supplicar a Vuestra Merced que no se me cometa a mi el concertalle si todavia Su Magestad le quiere, sino que se concierte desde ay y que Vuestra Merced, sin comunicar

esta carta, haga lo que le pareciere al servicio de Su Magestad, que yo no tengo otro interesse en ello. Nuestro Señor etcetera. De Praga a 25 de Junio 1591.

a) *verbum contractum; lectio incerta.*

N. 25.

Pragae, 30.VII.1591.

*Guillen de San Clemente  
ad Ioannem Idiaquez;  
refert summatim epistolam, quam ipse 15.VI.1591 ad Philippum II scripsit.  
(Hisp., v. textum plenum, N. 22.)  
A. G. S. Estado, Leg. 698, f. 181.*

N. 26.

Pragae, 2.VII.1591.

*Guillen de San Clemente  
[ad Ioannem Idiaquez]  
de d.r., i.a. de Georgio Radziwiłł.  
(Hisp., relatio ex cryptogr.)  
A. G. S. Estado, Leg. 698, f. 181 (sic).*

Relacion de 5 cartas de Don Guillen de San Clemente para Su Magestad de 15 y 25 de Junio y 3 de 2 de Julio 1591.

. . . . .

2 de Julio

. . . . .

Otra

. . . . .

Los despachos para Baviera y Graz nunca han venido y parece que Su Magestad presupone en su real carta de 30 del passado que ya Maximiliano de Dietristan que havia de hazer este cumplimiento avia de aver buuelto y el no ha ydo esperandolos; los recaudos que son menester escrivo al señor Don Martin. Tambien vera Vuestra Merced la instancia que el Cardinal Radivila me haze por su carta que Su Magestad se resuelva en señalar la merced que ya tiene prometida a Gaspar Viglia milanese gentilhombre suyo. Este negocio como Vuestra Merced se acordara solicita el Embaxador cessareo porque al Emperador le conviene tener grato al Cardenal, el qual es aficionadissimo al servicio del Rey nuestro Señor, y aunque siempre fue su casa y su persona de mucha autoridad en Polonia agora lo es mucho mas porque le han nombrado por Obispo de Cracovia en competencia del Cardenal Baturi que valdra 70 mil y algunos dizen 90 mil tallares de renta.

. . . . .

Pragae, 17.IX.1591.

*Guillen de San Clemente  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de prospectato matrimonio Sigismundi III cum Anna, filia archiducis  
Caroli.*

*(Hisp., relatio ex cryptogr.)*

A. G. S. Estado, Leg. 698, f. 199.

Praga.

Don Guillen de Sant Clemente a 17 de Septiembre 1591.

Señor.

Siempre he continuado los officios que Vuestra Magestad por muchas de sus reales cartas me ha mandado que haga en las cosas de Polonia como bien los he tornado a hazer nuevamente como Vuestra Magestad me lo manda en sus reales cartas de 8 y 22 de Junio, mas por agora no ay que dezir en esta platica porque despues que salio de aquel Reyno el Arçobispo de Napoles no se save la verdad de lo que en aquel Reyno passa porque no se puede dar mucho credito a las correspondencias que los dos hermanos pretendosores tienen, por ser las mas de hombres que les scriven con designio.

Lo cierto es que la platica del casamiento del Sueco passa tan adelante que havra dos dias que el Emperador tuvo cartas suyas en que le avisa como por todo este mes embiara a esta Corte por sus Embaxadores al hermano del Cardenal Radivila que es Marichal de Lituania, y Vuestra Magestad conosce de quando estuvo en la Corte de Vuestra Magestad, y al Obispo de Cuyavia par pedir en casamiento la hija mayor del Archiduque Carlos y que dessea hazer su boda y la coronacion de la Reyna para San Martin. El Emperador le ha mandado responder que vengan los Embaxadores quando quissieren mas con autoridad de concertar el tiempo de las bodas porque el que el pretende es muy breve y assi creo que no sera la conclusion hasta passado este año y por estar este negocio tan adelante no creo que se podra esperar la voluntad de Vuestra Magestad pues presupongo que el Embaxador cesareo havra dicho a Vuestra Magestad lo que en esta materia passa y por mis cartas, que espero que havran llegado, lo havra Vuestra Magestad entendido, mas con ver las cosas tan adelante como digo, he dicho al Emperador que Vuestra Magestad holgara de saver qual de las hijas del Archiduque pide el Sueco a que hasta agora no me han respondido. Por excusar visitas y tratamientos pienso salirme de la Corte el tiempo que estuvieren en ella los Embaxadores polacos con ocasion de yrme a tomar ayre, pues lo requiere mi enfermedad con que se excusaran sombras que tiene el <sup>a)</sup> de Polonia, persuadiendose que Arnesto su hermano ha traçado este casamiento por facilitar sus fines. Guarde nuestro Señor etcetera. De Praga a 17 de Septiembre 1591.

*In dorso: Praga. A Su Magestad.*

Don Guillen de Sant Clemente a 17 de Septiembre 1591.

Rescibida en El Pardo a 5 de Noviembre.

Que el anda continuando los officios que Su Magestad le ha mandado

sobre las cosas de Polonia y que no ay aviso cierto dellas desde que salio de aquel Reyno el Arçobispo de Napoles.

Que lo cierto es que el Sueco ha scripto al Emperador avisandole que dentro de un mes le embiaria Embaxadores pidiendo en casamiento a una de las hijas del Archiduque Carlos, y que deseava hazer las bodas por San Martin y que este negocio esta ya muy adelante y que por escusar visitas y tratamiento piensa salir de la Corte en aquella ocasion con achaque de tomar ayre por su enfermedad.

a) *verba* tiene el *in margine*.

N. 28.

S.I., s.d. [post 12.XI.1591].

*Ignotus*

*ad ignotum.*

*Relatio brevis litterarum Guillen de San Clemente ad Philippum II.*

(*Hisp., v. textum plenum N. 29.*)

A. G. S. Estado, Leg. 698, f. 219.

N. 29.

*Pragae, 12.XI.1591.*

*Guillen de San Clemente*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*de prospectato matrimonio Sigismundi III.*

(*Hisp., relatio ex cryptogr.*)

A. G. S. Estado, Leg. 698, f. 221.

Señor.

Siempre que se ofrece ocasion hago los officios que Vuestra Magestad me tiene mandado con el Emperador y sus hermanos en la materia de Polonia, mas agora no se habla en ella y solo se esperan los Embaxadores polacos que vengan a concluir el casamiento con la Princesa Ana porque desde el primer dia se dieron tanta prissa que no huvieron lugar los officios que yo hize para que no se concluyesse sin esperar la voluntad y respuesta de Vuestra Magestad y apretando yo esto, me dixeron que la priessa del Sueco y de la Archiduquesa no dava lugar a ello y que escribirian a Vuestra Magestad de tal manera que sabian que Vuestra Magestad se contentaria dello. Agora voy sospechando por algunas diligencias que he hecho que se les ha olvidado de escribir esto a Vuestra Magestad como se suelen olvidar otras cosas. Oy en este dia he sabido como el Emperador ha mandado despachar al Sueco que se

contente que a los 9 de Hebrero se hagan las bodas aunque la Archiduquesa queria que se difiriesen hasta Mayo para tener tiempo de hazer sus ajuares, conforme a esto partiran los Embaxadores que han de venir a esta corte a pedir la esposa y a llevarla despues. Estando este negocio tan adelante no sera possible detenelle ni hazer las diligencias que Vuestra Magestad me manda por su carta de 15 de Septiembre. Guarde Nuestro Señor etcetera. De Praga a 12 de Noviembre 1591.

*In dorso:* Praga. A Su Magestad. Descifrada.

Don Guillen a 12 de Noviembre 1591.

Recibida a 5 de Enero de 92.

En lo del casamiento del Sueco con la Princesa Ana.

N. 30.

*Varsaviae, 28.I.1591.*

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de ducatibus Barensi et Rossanensi.*

*(Lat., orig., sigil.)*

*A. G. S. Estado, Leg. 698, f. 234.*

Serenissimo Principi Domino Philippo, Dei gratia Hispaniarum utriusque Siciliae, Hierusalem et caetera Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Brabantiae et Mediolani, Comiti Habspurghi, Flandriae et Tyrolis, Domino, fratri et consanguineo nostro charissimo et honorandissimo. Sigismundus III Dei gratia, Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque et caetera, necnon Regni Sueciae proximus haeres et futurus Rex, salutem successusque rerum prosperos ab inmortalis Deo. Ad eam coniunctionem, quae regibus principibusque viris est inter se mutua eo ipso, quod reges, quod principes sint, mirifice gaudeo arctiora vincula accessisse nobis cum Sacra Maestate Vestra. Nam et Reges sumus et consanguinei Regis; quo etiam magna spe tenemur benevolentiae mutuae amorisque mutui, rei unius maxime inter Principes optatae et plurimum in utramque fortunam bello paceque salutaris. Quamquam una cum Serenissimo nostro parente semper animo erga Sacram Maestatem Vestram fuimus, ut in ea universaque ipsius augusta familia amanda nulli concederemus neque nunc quidem concedimus. Quod autem attinet ad praesentes nostras litteras, haec nobis causa fuit ad illas scribendi. Fecit nos certiores Serenissima Regina Poloniae <sup>1)</sup>, nostra amantissima potius mater quam amita, magno indiscimine eam causam versari, quae ex ipso fonte fraudis, dolique, mali a Brancatio quodam excogitati et constructi universa profluit; homine non ita nato neque ita instituto, ut boni viri officia nosset aut bona fide cum Principibus versaretur, maxime cum Serenissimis parentibus nostris et cum Serenissima Poloniae Regina. Sumus autem nos ipsi huiusce rei testes. Nobis praesentibus in Suecia apud amantissimos nostros parentes fuit. Quorum alter adhuc est superstes, et utinam quam diutissime sit, alter communi mortalium omnium lege natura concessit. Sed eam per-

sonam apud illos induerat Brancatius, ut non pius homo sed pietas ipsa, non probus sed meramet probitas, non amans utilitatis, commodi, fortunae regiae, sed verus amor, integra fides, certa oratio, nihil fictum, nihil simulatum in eo videretur. Illa comitas, illa simulata constantia, ille vultus, ille dolor iacturae bonorum Neapolitanorum, illa asseveratio omnium ad unguem Rossani Barique restitutionis; illa commiseratio, illa prudentiae ostentatio, illa aulae Hispaniae venditatio, gratiae, potentiae, scientiae in eadem illa denique, hostilis et alienissimi animi a Sacra Maiestate Vestra contestatio, ut non modo parentes nostros veteris simplicitatis homines, simplicis veritatis amicos, nihil mali, de quo quam suspicantes tanto versutiae artificio perverteret, uti quidem pervertit, sed quemvis vaferimum et in media apud Poenos Africa natum, punicisque artibus vel eruditissimum facillime circumvenisset in fraudemque induxisset. Crediderunt virum esse bonum, quia boni viri oratione utebatur. Atque hac breviter perstringimur <sup>a)</sup>. Redimus ad propositum. Scribitur Serenissimae Reginae hanc ipsam causam tam boni viri et huiusmodi fundamento innixam, ita Neapoli iudicio tractatam et absolutam, ut dictis de ea censitisque sententiis neque illo decreto sancitis ad Sacram Maiestatem Vestram sit transmissa. Non fugit nos qualia, quam gravia, quam sint matura iudicia Sacrae Maiestatis Vestrae. Sed multa sunt in hoc homine tam in arte nobili fraudum, quae se ait Serenissima Regina vereri. Ob eam rem mittimus ad Sacram Maiestatem Vestram communem secretarium nostrum nobilem Martinum Colacium, hunc ipsum, a quo nostras litteras accepit, qui apud Sacram Maiestatem Vestram agat, proponat, postulet ea omnia, quae cum alia negotia tum haec maxime causa exposcet. Exposcit autem, ut a capite arcessatur, ut singula excutiantur; superfluis omissis, nuda ipsa per se natura causae proponatur intuenda, vestibus actionum detractis, quae causam offuscant et veritati tenebras obducunt. Hoc idcirco a Sacra Maiestate Vestra tam accurate petimus et tam sollicitè, quia facile perspicimus non hic de aliqua iactura pecuniae agi (agitur autem de centum super millibus aureorum), quam nos non tanti aestimamus, sed agi de honore, agi de existimatione, agi de fama, agi de dignitate et agi non de unius alicuius honore, sed de regali honore, existimatione, fama, dignitate, primum utriusque Serenissimi parentis nostri vivi mortuique, quorum honor nobis est debetque esse sanctissimus, deinde Serenissimae Reginae Poloniae, cuius sanctitatis fama terrarum orbem peragravit. Etenim si vera decernentur ea esse, quae fraus Brancatiana commerita est, quae dignitas, qui honor, quae vivis mortuisque Regibus Regnisque erit fama sacrosanctam illorum regalemque affirmationem (horret animus, sed scribendum est) commenticiam falsamque videri. De nobis ipsis nihil scribimus. Qui enim ab eis nostrum natura habemus seiunctum, a quibus vitam accepimus? Pollicemur nobis omnia iusta de Sacra Maiestate Vestra; ipsa quoque hoc de nobis persuasum habeat. Sacrae ipsius Maiestatis totiusque nominis ac familiae eius Augustae esse nos perpetuoque fore una cum Serenissimo Parente nostro atque Serenissima nostra amita ex animo amantissimos et observantes. Quod superest, omnem felicitatem optamus a Deo immortali Sacrae Maiestati Vestrae. Data Varssoviae, die XXVIII Ianuarii anno Domini MDXCI<sup>o</sup>.

u) Sigismundus Rex v)

1) *Anna Jagellonica.*

a) *in ms.: perstrindimus.*

u)-v) *manu propria.*

Pragae, 15.XI.1591.

*Rudolphus II imperator  
ad Philippum II regem Hispaniae;  
de futuris nuptiis Sigismundi III cum Anna filia archiducis Caroli so-  
lemniter nuntiat.*

*(Lat., orig., sigil.)*

*A. G. S. Estado, Leg. 698, f. 236.*

Rudolphus Secundus, Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper augustus ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae et caetera Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae et Wirtembergae et caetera, Comes Tirolis et caetera, Serenissimo Principi Domino Philippo Hispaniarum utriusque Siciliae, Hierusalem et caetera, Regi Catholico, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae et caetera, avunculo, sororio et fratri nostro charissimo, salutem ac benevolentiae omnisque felicitatis continuum ac perpetuum incrementum.

Serenissime Princeps avuncule, sororie et frater charissime. Ut Serenissimus Poloniae Rex Sigismundus Tertius, Serenissimi Principis Archiducis Caroli patris nostri defuncti filiarum aliquam nulla nominata in matrimonium expetierit et quid ea de re actum sit, iamdudum Serenitatem Vestram partim ex Archiducissae viduae internuncio Comite de Montecuculo, partim ex oratore suo Don Guillen de Sancto Clemente (cui nostro id iussu indicatum fuit) intellexisse existimamus. Iam vero tandem negotium illud eo est usque perductum, ut cum mentem nobis aperuerit suam Sigismundus Rex se Principem Annam natu maiorem expetere eaque de causa propediem legationem mittere decrevisse, quae nobiscum de pactis dotalibus et de iis, quae praeter ea transigenda restant, solenniter transigat, nos, iudicio adhibito contutorum nostrorum, illi annuerimus. Id itaque modo agitur, ut nuptiae, quas ex usu fore Reipublicae Christianae speretur, quam fieri primum possit, quod a Rege unice optatur, celebrentur, quibus celebrandis diem praefinivimus (id enim Rex nobis liberum reliquerat) nonum Februarii, in quem ea, quae ad sponsae deductionem et comitatum necessaria sint, hinc diligenter curantur. Responsum autem a Rege num tempus illud ipsi placeat, per cursorem nostrum, quem eo misimus, expectamus. Haec quod ad Augustam Domum nostram totam pertineant, Serenitati Vestrae pro necessitudine nostra fraterna mutua, postquam Oratorem nostrum Ioannem a Kevenhuller iam istinc discessisse existimamus, literis significanda duximus; eidemque omnia evenire felicissima ac salutaria precamur. Datum in arce nostra regia Pragae, die decima quinta mensis Novembris, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo primo, Regnorum nostrorum Romani decimo septimo, Hungarici vigesimo et Bohemici itidem decimo septimo, Eiusdem Serenitatis Vestrae

bonus frater

<sup>1)</sup> Rudolphus <sup>v)</sup>

<sup>2)</sup> Iacobus Curtius a Senfftenau <sup>v)</sup>.

<sup>3)</sup> Ioannes Barvitijs, manu propria <sup>v)</sup>.

*In dorso:* Serenissimo Principi Domino Philippo, Hispaniarum utriusque Siciliae, Hierusalem et caetera, Regi catholico, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae et caetera, avunculo, sororio et fratri nostro charissimo.

u)-v) *manu propria.*

N. 32.

S.l., s.d. [post 8.II.1592].

*Ignotus*

*ad usum officii;*

*refert summam epistolam, quam Pragae, 17.XII.1591 scripsit Guillen de San Clemente ad Philippum II de Maximiliano archiduce.*

(*Hisp.*)

A. G. S. Estado, Leg. 698, f. 235 al 237.

Relacion de 9 cartas de Don Guillen de Sant Clemente para Su Magestad 10 y 17 de Diciembre 1591, 14, 21, 28 de Henero y 8 de Hebrero 1592.

. . . . .

Otra de 17

Que el Emperador embiava persona al Rey Maximiliano para dezille que aunque le placia que tuviesse vivas las platicas de Polonia no queria que esto fuesse con inquietar a sus aderentes pues ya todos ellos havian jurado y dado la obediencia al Sueco y no podian maquinar ninguna cosa ni platicar en sustentar la election del proprio Maximiliano sin nota manifiesta de rebellion contra el Principe que ya havian jurado y dize Don Guillen que en esta materia se ha gobernado como siempre, mostrando el desseo que Su Magestad tiene de que esten a obediencia del Emperador sus hermanos y que con ella le sirvan y que no haziendolo assi, no los favorezera Su Magestad.

Que todo esto lleva entendido Trauzen que es el que embiava el Emperador a esta comission.

. . . . .

*In dorso:* Relacion de 9 cartas de Don Guillen de Sant Clemente para Su Magestad de 10 y 17 de Diciembre de 1591, 14, 21, 28 de Enero y 8 de Hebrero de 1592.

N. 33.

*Cracoviae, 15.II.1592.*

*Sigismundus III rex Poloniae*

*ad Rudolphum II imperatorem;*

*litterae credentiales pro Hieronymo Rozdrażowski et Alberto Radziwiłł.*

(*Lat., exemplar.*)

A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 14.

Serenissimo et Excellentissimo Principi et Domino Rudolpho et caetera, Sigismundus Tertius, Dei gratia Rex Poloniae et caetera.



Mittimus iam ad Sacram Caesarem Maiestatem Vestram propter concludendas res de matrimonio nostro cum Serenissima Principe Anna, Archiducissa Austriae, legatos nostros Reverendum in Christo Patrem Hieronymum Comitem a Rozdrzow Episcopum Vladislaviensem et Pomeraniae, et Illustrum Albertum Radzivil, Ducem in Olica et Nieswitz, magni ducatus Lithuaniae Supremum Marschalcum, Caunensem, Rombergensem etc. Capitaneum nostrum, plenis a nobis mandatis plenariaque de omnibus, quae huiusce erunt negotii statuenda, potestate instructos. Rogamus autem, ut Sacra Caesarea Maiestas Vestra quem animum nobis hactenus ad eam rem ex voto nostro conficiendam declaravit, eundem in perficienda praestet, quo ex mutua nostra dignitate ac ex usu Regnorum nostrorum Reipublicae in primis Christianae, cum perpetua inter nos amicitiae coniunctione omnia peragantur, recteque constituentur. Quod quidem ut ita eveniat, a Deo immortalis precamur, nobis autem pollicemur Sacram Caesarem Maiestatem Vestram, pro suo erga nos amore, nulla in parte huius negotii recte et ex consuetudinibus maiorum nostrorum expediendi studio suo ac auctoritate benevolentiaque nobis esse defuturam. A qua petimus, ut legatis nostris hisce de rebus agentibus fidem plenariam adhibeat, eandemque diu felicissime valere ac imperium universum foeliciter administrare cupimus et exoptamus. Datum Cracoviae, die 15 Februarii anno 1592 <sup>a)</sup>, Regni vero nostri anno quinto.

Sigismundus Rex

*In dorso: Exemplum credentialium Regis Poloniae pro oratoribus suis ad Sacram Caesarem Maiestatem missis.*

a) contractum, viz legitur.

N. 34.

Pragae, 17.IV.1592.

*Hieronymus Rozdrażewski et Albertus Radziwiłł  
universis*

*de contractu matrimoniali nomine Sigismundi III cum Anna archiducissa  
concluso.*

*(Lat., exemplar.)*

*A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 15.*

In nomine Domini. Amen. Nos Hieronimus, Comes a Rozdrzow, Episcopus Vladislaviensis et Pomeraniae et Albertus Radzivil, Dux in Olica et Nieswitz, Magni Ducatus Lithuaniae Supremus Marescalcus, Caunensis, Rumbergensis Capitaneus, Serenissimi Principis et Domini, Domini Sigismundi Tertii, Dei gratia Poloniae Regis, Magni Ducis Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque et caetera, nec non Regni Sueciae proximi haeredis et futuri Regis ad Serenissimum et Excellentissimum Principem Dominum Rudolphum divina favente clementia electum Romanorum Imperatorem semper Augustum, ac Ger

maniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae et caetera, Regem, Oratores, et ad infrascripta vigore sufficientis mandati et plenipotentialia procuratores et Mandatarii, fidem facimus hisce literis nostris quorum interest universis: Quod eum a Serenissimo et Excellentissimo Principe, Domino, Domino Rudolpho Romanorum Imperatore, ac Germaniae, Hungariae Bohemiae et caetera, Rege, Infante Hispaniarum, Archiduce Austriae, Duce Burgundiae, Brabantiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae et Wirtembergae et caetera, Comite Tirolis et caetera, Serenissimo Principi et Domino, Domino Sigismundo Tertio, Dei gratia Poloniae Regi, Magno Duci Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque et caetera, nec non Regni Sueciae proximo haeredi et futuro Regi, Serenissimam Principem Dominam Annam Serenissimi quondam Principis, Domini Caroli, Archiducis Austriae, Ducis Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae et Wirtembergae et caetera, Comitis <sup>a)</sup> Tirolis et <sup>b)</sup> Goritiae, et filiam natu maiorem, primogenitam, in matrimonium collocari petissemus, et Caesarea Maiestas eius in huiusmodi Serenissimi Regis nostri petitionem tam suo quam contutorum: Serenissimi videlicet Principis Domini Ferdinandi, Archiducis Austriae, Ducis Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae et Wirtembergae, Landgravii Alsaciae, Marchionis Burgoviae, Comitis Tirolis et caetera, nec non Illustrissimi Principis Domini Guilielmi Comitis Palatini Rheni, superioris et inferioris Bavariae Ducis ac Serenissimae Principis Dominae Mariae, Archiducissae Austriae, Ducissae Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae et Wirtembergae et caetera, Comitissae Tirolis et Goritiae et caetera, natae Comitissae Palatinae Rheni ac superioris et inferioris Bavariae, Ducissae viduae nomine <sup>a)</sup> benigne ac benevole <sup>b)</sup> annuerit, accesserit etiam assensus Serenissimae virginis tandem, quod felix et faustum sit, ad gloriam et laudem Dei Omnipotentis semperque gloriosae Virginis Mariae eius genitricis, pro conservatione et augmento Reipublicae Cristianiae proque firmiore statu Regnorum ac Provinciarum utrique Maiestati subditarum, utque vinculum sanguinis, quod inter ipsas Maiestates iampridem firmum existit, nova affinitate magis magisque coarctetur inter praedictam Serenissimam Principem Dominam Annam, Maiestatis Suae Caesareae patruelem, ipsamet Maiestate eius Caesarea pro se suoque et contutorum omnium supradictorum nomine ex una, et per nos Serenissimi Poloniae Regis Domini nostri clementissimi Oratores et Mandatarios agentes parte ex altera, obtenta primum a felicis recordationis Serenissimo Domino nostro Papa Innocentio Nono super tertio et quarto consanguinitatis gradu, quo Serenissimus Rex Poloniae Dominus noster ac Serenissima Princeps Domina Archiducissa Anna praefati invicem coniuncti sunt, necessaria et convenienti dispensatione, sub dato Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae 1591, 30<sup>o</sup> die Novembris, Pontificatus sui anno primo, tractatum et conclusum est matrimonium verum et legitimum sub articulis et conventionibus sequentibus, videlicet:

Quod Maiestas eius Caesarea una cum contutoribus suis praedictae Serenissimae patruelis suae nomine dabit et assignabit in dotem Serenissimo Principi et Domino Domino Sigismundo 3<sup>o</sup> Regi Poloniae et Magno Duci Lithuaniae et caetera, summam quadraginta quinque millium florenorum Rhenensium, sexaginta cruciferis bonae et usualis monetae Germanicae in Regno Poloniae currentis pro quolibet floreno computatis, eamque summam intra trimestre tempus postquam in Regni comitiis de facienda reformatione conventum idque Maiestati eius Caesareae significatum fuerit, in numerata pecunia Cracoviae aut ad Regni Poloniae con-

finia, utrum Serenissimus Rex maluerit, citra omnem dilationem exolvat. E converso vero Serenissimus Princeps et Dominus Dominus Sigismundus 3<sup>us</sup>, Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae et caetera, praedictam dotem recipiendo pro contradote seu donatione propter nuptias similiter summam quadraginta quinque millium florenorum Rhenensium supradicti valoris Serenissimae Dominae Annae sponsae suae dare et constituere; et has utrasque summas, tam videlicet dotis quam contradotis, in opportunis sufficientibus dominiis, civitatibus, oppidis, arcibus et terris Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae secundum constitutiones Regni Poloniae in proximis Regni comitiis in bona et debita forma inscribere et assecurare et huiusmodi reformationem et caetera et caetera et caetera (in omnibus Sacrae Caesareae Maiestatis Domini nostri clementissimi, rescripto <sup>a)</sup> mutatis mutandis <sup>b)</sup> similis ad quod relatio habeatur). Postremo conventum est, quod alter nostrum, ego Albertus Radzivil, Dux in Olica et Nieswitz, Magnique Ducatus Lithuaniae Supremus Marschalcus vigore mandati specialis mihi a Serenissimo Rege Poloniae traditi et Maiestatis eius Caesareae exhibiti, me quamprimum cum omnia inter partes praescriptis modis acta et transacta iam sint, Viennam conferre illicque Serenissimi Poloniae Regis nomine cum praedicta Serenissima Domina Anna sponsalia per verba de praesenti contrahere omniaque in hisce rebus fieri solita et consueta exequi debeam et teneam. Dato nobis a Maiestate Caesarea huius ipsius contractus matrimonialis reciproco simili exemplari altero. In quorum omnium fidem, testimonium et corroboracionem praesentes literas nostris subscripsimus et sigillis nostris communiri fecimus. Datum Pragae, die decima septima Aprilis, anno Domini M.D.XCII<sup>o</sup>.

*In dorso:* Oratorum Polonicorum reciprocum simile contractus matrimonialis exemplar.

a)-b) *in margine.*

N. 35.

*Pragae, 7.IV.1592.*

*Rudolphus II imperator  
universis;  
litterae contractus matrimonialis Sigismundi III cum Anna archiducissa.  
(Lat., exemplar.)  
A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 16.*

Nos Rudolphus et caetera.

Recognoscimus et tenore praesentium significamus quibus expedit universis, tam praesentibus quam futuris, quod cum Serenissimus Princeps Dominus Sigismundus Tertius, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae ac Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae et caetera, nec non Regni Suetiae proximus haeres et futurus Rex, cognatus, vicinus et

amicus noster charissimus, missis ob eam causam solemnibus Oratoribus suis, ut Reverendo et Illustre Hieronimo, Comite Rozdraszow et Pombzdorff, Episcopo Vladislaviensi et Pomeraniae, ac Alberto Radzivil, Duce in Olika et Nieswitz, Magni Ducatus Lithuaniae Archimarschalco, Cauenensi, Rombergensi et caetera Capitaneo, sincere nobis dilectis, a nobis Serenissimam Principem, Dominam Annam, filiam primogenitam Serenissimi quondam Caroli, Archiducis Austriae, Ducis Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae et Wirtembergae et caetera, Comititis Tirolis et Goritiae et caetera, patriui et Principis nostri charissimi, patrualem nostram charissimam, sibi in matrimonium collocari amice amanterque <sup>a)</sup> petiisset, atque dicti Oratores huiusce laudabilis honestissimique Serenitatis Suae desiderii, plures magnas gravesque causas et rationes, praesertim vero quod exinde non solum inclitis utriusque nostrum domibus et familiis illustria ornamenta, sed et Regnorum et Dominiorum nostrorum subditis, quibus divina largitate imperamus, non exigua commoda accessura essent, tam publice quam privatim diserte prudenterque exposuissent,

Nosque pro perpetua illa nostra benevolentia ac amore affectuque plane fraterno, quo ipsum Serenissimum Poloniae Regem, et caetera, antea semper persecuti sumus, et nunc quoque prosequimur, in huiusmodi Serenitatis Suae petitionem tam nostro quam contutorum Serenissimi videlicet Ferdinandi, Archiducis Austriae, Ducis Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae et Wirtembergae et caetera, Landgravii Alsatae, Marchionis Burgoviae, Comititis Tirolis, nec non Illustris Guilielmi, Comititis Palatini Rheni superioris et inferioris Bavariae Ducis ac Serenissimae Mariae, Archiducissae Austriae, Ducissae Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae et Wirtembergae et caetera, Comitissae Tirolis et Goritiae et caetera, natae Comitissae Palatinae Rheni ac superioris et inferioris Bavariae Ducissae viduae, patriui, cognati et cognatae Principum nostrorum charissimorum, nomine annuerimus, accesserit etiam expressus assensus eiusdem Serenissimae virginis, tandem quod felix ac faustum sit, ad gloriam et laudem Dei Omnipotentis, semperque gloriosae Virginis Mariae, Eius Genitricis, pro conservatione et augmento Reipublicae Christianae, proque firmiori statu Regnorum ac Provinciarum, utrique nostrum subditorum, utque vinculum sanguinis, quod inter nos et ipsum Serenissimum Regem Poloniae, iampridem firmum existit, nova affinitate magis magisque coarctetur, inter predictam Serenissimam Dominam Annam, patrualem nostram charissimam nobis, pro ipsa supradictis nominibus ex una, et memoratum Serenissimum Regem Poloniae et caetera, medio Serenitatis Suae Oratorum supramemoratorum, plenum et sufficiens mandatum ad id habentium, parte ex altera, obtenta primum a felicitis recordationis Serenissimo Domino nostro Papa Innocentio Nono super tertio et quarto consanguinitatis gradu, quo Serenissimus Rex Poloniae et caetera ac Serenissima patruelis nostra praefati invicem coniuncti sunt, necessaria ac convenienti dispensatione, sub datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae M.DXCI, 30<sup>a</sup> die Novembris, Pontificatus sui anno primo, tractatum et conclusum est matrimonium verum et legitimum sub articulis et conventionibus sequentibus:

videlicet, quod nos una cum contutoribus nostris praedictae Serenissimae patruelis nostrae nomine dabimus et assignabimus in dotem Serenissimo Regi Poloniae Domino Sigismundo Tertio summam quadraginta quinque millium florenorum Rhenensium, sexaginta cruciferis bonae et usualis monetae Germanicae in Regno Poloniae currentis pro quolibet floreno computatis, eamque summam intra trimestre tempus, postquam

in Regni comitiis, de facienda reformatione conventum idque nobis significatum fuerit, in numerata pecunia Cracoviae aut ad Regni Poloniae confinia, utrum Serenissimus Rex maluerit, citra omnem dilationem exolvere; e converso vero Serenissimus Princeps Dominus Sigismundus Tertius Rex Poloniae et Magnus Dux Lithuaniae et caetera praedictam dotem recipiendo pro contradote seu donatione propter nuptias similiter summam quadraginta quinque millium florenorum Rhenensium supradicti valoris Serenissimae Dominae Annae sponsae suae dare et constituere; et has utrasque summas, tam videlicet dotis quam contradotis, in opportunis sufficientibus dominiis, civitatibus, oppidis, arcibus et terris, Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae secundum constitutiones Regni Poloniae in proximis Regni comitiis in bona et debita forma inscribere et assecurare; et eiusmodi reformationem seu inscriptionem recepta dote ad manus nostras consignare et ad haec curare efficacereque debet et tenebitur, quod omnes dominiorum, civitatum, oppidorum, castrorum, terrarum, villarum et bonorum inscriptorum Capitanei, Rectores, Tenutarii, Cives praesentes et futuri, qui supradictae reformationi subiacebunt, ipsi Serenissimae Dominae Annae plenam praestent sponsionem ac corporale fidelitatis iuramentum;

quod si Serenissimo Regi Poloniae priusquam ipsi Dominae Annae aliquid humanitus acciderit, tunc et in eo casu nulli alteri nisi Serenitati eius dominia, civitates, oppida, arces, terras, villas et bona sibi inscripta tradent et consignabunt, cum omnibus inde praecipendis fructibus, commodis, emolumentis et redditibus, et quod Serenitati Eius in omnibus et per omnia secundum Regni leges parebunt et obedient fideliter et constanter ita, ut Serenissimis Regibus Poloniae obedire sunt soliti et adstricti. Sed tributa in conventionem Regni iussa, subditi eorum locorum nihilominus cum aliis Regni incolis conferent podvodasque <sup>b)</sup>, ut moris est, praebeant ac in castris in hac dote et dotalitio obligatis consueta iudicia castrensia capitaneorum et regalia celebrabuntur.

Insuper premissum est arbitrio Serenissimi Domini Regis Poloniae et Magni Ducis Lithuaniae, ut secuta per copulam huius felicitis matrimonii consumatione Serenissimam sponsam suam aliquo munere nuptiali tam pro regio suo honore, quam ipsius sponsae suae merito remunerare possit, nos enim de ipsius Serenissimi Regis erga sponsam suam amore et benevolentia nihil dubitabimus. Pro hoc autem munere nuptiali, ut praemititur, deputando et inscriptio et assecuratio legitima itidem fieri debet.

Conventum praeterea est, quod si Serenissima Domina Anna prior sponso suo defuncta fuerit, tunc dos et donatio propter nuptias et munus nuptiale ad Serenissimum Regem et Regnum Poloniae perpetuo devolvantur, sine aliqua ipsius dotis restitutione. Si vero Serenissimum Regem Poloniae praemori contigerit, prole ex ea (quod Deus prohibeat!) non suscepta, vel si suscepta fuerit, tam praemortua quam etiam superstita, tunc nihilominus Serenissima Domina Anna omnibus terris, districtibus, dominiis, civitatibus, oppidis et bonis, sibi pro dote et contradote nec non munere nuptiali inscriptis et assignatis, ad vitae suae vidualis tempora plenam utendi et fruendi potestatem habere debeat.

Post mortem autem suam praedicta 45 millium florenorum Rhenensium summa ratione donationis propter nuptias seu contradotis sibi donata et inscripta ad praefatum Poloniae Regnum converti et redire debet. De alia vero 45 millium florenorum Rhenensium summa, dote videlicet sua, nec non de munere nuptiali praedicto, si eiusmodi munus fuerit, ut de eo testari possit, habeat Serenissima Domina Anna, tam in

vita quam in mortis articulo, donandi, testandi et arbitrio suo disponendi facultatem. Quod si vero de dote et munere huiusmodi nuptiali nihil disposuerit, tum et dos et munus ipsum nuptiale, si tale datum fuerit, ut eius proprietas ad Serenitatem Eius legitime pertineat, vel ea pars, de qua non disposuerit, ad Serenissimae Dominae Annae liberos, quos post mortem suam superstites reliquerit, nullis autem ex ea progenitis liberis, post mortem eius exstantibus, ad proximos ipsius Serenissimae Dominae Annae haeredes masculos, et illis non exstantibus, ad foeminas devolvantur, eisque dictam dotis summam una cum munere nuptiali Serenissimi Domini Poloniae Regis et Magni Ducis Lithuaniae et caetera successores integre vel partem aliis non donatam aut legatam effectualiter restituere et persolvere debeant et teneantur.

Hac expressa adiecta lege et conditione, quod in casu obitus Serenissimae Dominae Annae ab intestato Serenitatis Suae haeredes supradicti, in casu vero facta alicuius dispositionis persona aut personae, illa vel illae, cui vel quibus Serenissima Domina Anna donationem vel legatum fecerit, annuos redditus certos et integros 4500 florenorum Rhenensium supramemorati valoris nec non id quod ratione muneris nuptialis competierit, ex supradictis inscriptis et assignatis bonis tam diu quilibet pro sua rata parte sine aliquo defectu habere, levare et percipere possint, donec et quousque plene et integre satisfacti et contenti redditi fuerint, tam videlicet de summa dotis quam de munere nuptiali, si tale fuerit, de quo legari possit.

Conventum praeterea est et conclusum, quod Serenissima Domina Anna non solum bonis et dominiis sibi pro dote, contradote, et munere nuptiali, ut praedictum est, inscribendis et assignandis, sed et aliis omnibus iuribus, libertatibus et privilegiis eo modo uti, frui et gaudere possit, quo Serenissimae Poloniae Reginae ab antiquo uti, frui et gaudere iuxta leges et constitutiones Regni et bona huiusmodi possidere solitae sunt. Ita tamen, ut quae in praesenti contractu expresse facta et conventa sunt, firma inconcussaque permaneant, atque de iis, quae praedictae Dominae Annae eiusdem contractus vigore debentur, nihil decedat, sed omnia integre praestentur et executioni mandentur. De aliis vero rebus et bonis quibuscumque ad ipsam Serenissimam Dominam Annam quovis iure et titulo hoc nunc tempore spectantibus nihil omnino excipiendo, ita conventum et conclusum est, quod Serenissima Domina Anna illa omnia habeat, teneat et possideat tanquam res et bona sua propria, possitque illis uti, frui et gaudere ac de ipsis in omni casu et eventu sive per liberam donationem aut alium quemcumque contractum inter vivos, sive causa mortis, sive per ultimam voluntatem, secundum beneplacitum suum disponere et ordinare, sine cuiusvis impedimento; si vero Serenissimam Dominam Annam ex vivis decedere contigerit, nulla facta de supradictis rebus et bonis suis dispositione vel ordinatione per contractum inter vivos, vel causa mortis sive per ultimam eius voluntatem aut aliter quomodocumque, tunc et in eo casu res et bona sua huiusmodi omnia, quae tempore obitus Serenitatis Suae extare comperientur et supererunt, ad supradictos proximos Serenitatis Suae haeredes masculos, et illis deficientibus, foeminas redire debeant; et ad eorundem bonorum omnimodam restitutionem Serenissimi Regis Poloniae et Magni Ducis Lithuaniae et caetera successores teneantur et obligati sint; verum res et bona, quae Serenissimae Dominae Annae tempore nuptiarum donabuntur, si Serenitatem Suam praemori contigerit, Serenissimo Regi Poloniae marito superstiti cedant. Si vero Domina Anna Serenissimo Regi et caetera, super-

vixerit, et de illis nullam dispositionem in vita sua fecerit, tum post illius obitum similiter ad predictos ipsius haeredes devolvantur. Porro ea, quae Serenissima Domina Anna post nuptias in Regno Poloniae quomocunque acquisiverit et comparaverit, in casu quo de illis nullam ordinationem seu dispositionem, ut praedictum est, sive in vita, sive in mortis articulo fecerit, non ad ipsius Serenissimae Dominae Annae haeredes supradictos, sed ad Regnum Poloniae et Serenissimi Regis Poloniae et caetera successores pertinere eisque permanere debeant, exceptis duntaxat iis redditibus et bonis immobilibus, si quae ex pecunia secum in Poloniam apportata comparaverit. Caeterum praedicta Serenissima Domina Anna de omnibus praedictis rebus et bonis, tam nunc ad eam spectantibus quam tempore nuptiarum et post nuptias acquisitis seu acquirendis, habeat et habere debeat, in omni casu et eventu per donationem liberam et quemvis alium contractum inter vivos, seu causa mortis, seu per testamentum, plenam omnimodamque secundum beneplacitum suum disponendi et ordinandi facultatem, sine cuiusvis impedimento et contradictione.

Insuper conclusum est et conventum, quod Serenissima Domina Anna postquam ad Serenissimum Dominum sponsum deducta fuerit, tunc ante consummationem matrimonii, (litteris super ea re specialiter confectis), caveat et promittat se post solutionem totis immediate, solemniter et expresse renunciaturam esse, atque adeo in eum eventum, ubi nimirum realiter dos numerata fuerit, ex nunc prout ex tunc expresse renunciare haereditati paternae et maternae atque successioni Regni Hungariae et Bohemiae Dominorumque quorumlibet Serenissimae Domus Austriae pro omnibus Austriacae familiae principibus eorumque liberis et haeredibus per lineam masculinam descendantibus, salvo sibi per omnia iure succedendi in defectu masculorum et hanc ipsam modo suprascripto faciendam renunciationem Serenissimus Dominus Sigismundus Tertius Rex et caetera, per suas speciales literas datam habere approbareque debeat et teneatur.

Insuper conventum est, quod si alter contrahentium ante consummationem nuptialem (quod Deus clementer avertere dignetur) e vivis decederet, tunc totus iste tractatus cum omnibus in eo contentis pro annihilato <sup>2)</sup> caso et ... <sup>c)</sup> habere ... Conventum etiam est, quod Serenissimus Dominus Poloniae Rex et caetera, post reditum ad se oratorum suorum praedictorum praesentem contractum matrimonialem ratificare et approbare eumque descriptum ac manu sua subscriptum et sigillo suo obsignatum, una cum supradictae renunciationis ratificatoriis litteris, in manus Legatorum nostrorum, qui nuptiis regalibus praesentes aderunt, consignare debeat.

Postremo conventum est, quod alter oratorum Illustris Dux Radzivil vigore mandati specialis sibi a Rege Poloniae et caetera, traditi, nobisque exhibiti sese quamprimum, cum omnia inter partes praescriptis modis acta et transacta sint, Viennam conferre, illicque dicti Serenissimi Regis nomine cum praedicta Serenissima Domina Anna sponsalia per verba de praesenti contrahere omniaque in hisce rebus fieri solita et consueta exequi debeat et teneatur, relicto nobis ab iisdem Serenissimi Regis Poloniae Oratoribus huius matrimonialis contractus reciproco simili exemplari altero. In quorum <sup>d)</sup> omnium fidem, testimonium et corroborationem praesentes literas manu nostra subscripsimus ac sigillo nostro appenso communiri iussimus et fecimus. Datum Praegae, die 7 Aprilis anno 1592.

Litterae contractus matrimonialis inter Serenissimos Regem Poloniae et Archiducissam Annam et caetera, Caesareae etc.

a) *hic verbum petierit expunctum.*

d) *hic verbum fidem expunctum.*

b) *podwoły polonice.*

z) *sic in ms.*

c) *hic verbum ob lacerationem chartae non legitur.*

N. 36.

Cracoviae, s.d. [1592].

*Anna [Austriaca] regina Poloniae  
ad Rudolphum II imperatorem;  
formula renuntiationis.*

*(Lat., exemplar.)*

*A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 17.*

Nos Anna, Dei gratia Regina Poloniae, Archiducissa Austriae, Ducissa Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae et Wirtembergae, Comitissa Tirolis et Goritiae etc.

Cum in tractatu matrimonii inter Serenissimum Principem Dominum Sigismundum Tertium, Dei gratia Poloniae Regem, Magnum Lithuaniae Ducem ac Russiae, Prussiae, Massoviae, Samogitiae, Livoniaeque nec non Regni Sueciae proximum haeridem et futurum Regem, dominum coniugem nostrum charissimum honorandissimumque et nos per Serenissimum et Potentissimum Principem Dominum Rudolphum Secundum, divina favente clementia Romanorum Imperatorem semper Augustum, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae et caetera, Regem, Archiducem Austriae, Ducem Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae, Wirtembergae et caetera, Comitem Tirolis et caetera, dominum et patruelum nostrum colendissimum, conclusi et firmati et quod faustum felixque sit, iam consummandi, inter alia promissum fuerit: quod praedictus Serenissimus Imperator tutorio nomine pro nostra dote vera et legitima dabit eidem Serenissimo Regi, domino coniugi nostro, summam quadraginta quinque millium florenorum Rhenensium modis et temporibus, de quibus in dicti tractatus capitulis apparet, nec non quod postquam nos ipsae ad praedictum Serenissimum Regem dominum coniugem nostrum perductae fuerimus, haereditati paternae et maternae cum consensu praedicti Serenissimi Regis domini coniugis nostri renunciare solenniter ante consummationem matrimonii deberemus, modo et forma, ut in dictis capitulis continetur, et propterea aequum sit, ut nos praedictis paternae et maternae haereditatibus iuxta conventa renuntiemus. Idque in executionem dicti tractatus facere nunc velimus.

Ideo nos Anna antedicta cum praescitu, consensu et autoritate praefati Serenissimi Regis, Domini Sigismundi Tertii Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae et caetera, domini coniugis nostri, qui conthorali suae in infrascriptis consensit et consentit et autoritatem praestitit ac praestat Serenissimo et Potentissimo Principi Domino, Domino Rudolpho Secundo, divina favente clementia Romanorum Imperatori semper Augusto, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae et caetera, Regi et caetera, nec non Reverendissimo Principi Domino Andreae,



Episcopo Wratislaviensi, supremo Ducatus Silesiae Capitaneo, praedictae Sacrae Caesareae Maiestatis Suae Consiliario et Illustrissimo Domino Georgio Ludovico Ladtravio <sup>2)</sup> in Leuchtenberg, Sacri Romani Imperii Principi, nomine et ad partem et favorem omnium Serenissimae Austriae Familiae Principum et eorum omnium filiorum et liberorum per masculinam lineam legitime descendantium recipientibus et stipulantibus sponte et ex nostra libera voluntate et in executionem in dicto tractatu contentorum, habitis per praedictum Serenissimum Regem Dominum coniugem nostrum dictis florenis Rhenensibus quadraginta quinque millibus, ut supra, promissis ex nunc prout ex tunc, renunciavimus et renunciavimus haereditati tam paternae quam maternae atque successioni Regni Hungariae, Bohemiae, Dominiorumque quorumlibet Serenissimae Domus Austriae pro omnibus Austriae familiae Principibus eorumque liberis et haeredibus per lineam masculinam descendantibus, salvo nobis iure succedendi in praedictis in defectu haeredum masculorum, quod ius iuxta conventa nobis reservavimus et reservamus. Renunciantes prout renunciavimus et renunciavimus exceptione doli mali, vis vel metus, nec non cuicumque privilegio et exceptioni in favorem mulierum introducto, quibus contra superius per nos gesta, quoquo modo venire possemus hancque renunciationem et omnia et singula, ut supra expressa sunt, semper et omni tempore firma et rata habere promisimus et promittimus et nullo unquam tempore contrafacere vel contravenire sub obligatione omnium bonorum nostrorum praesentium et futurorum subque vere principis fide et vinculo iuramenti ad Sancta Dei Evangelia, tactis scripturis per nos praestiti, in praesentia dominorum testium infrascriptorum videlicet.

In cuius rei testimonium praesentibus sigillum nostrum est appensum, quas etiam chirographo nostro proprio corroboravimus. Nos vero Sigismundus Tertius, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque Dominus et caetera, nec non Regni Sueciae proximus haeres et futurus Rex, praesentibus profitemur, quod suprascripta renunciatio ex libera Serenissimae Principis Reginae Annae, coniugis nostrae charissimae voluntate, animo bene deliberato, consensu et assensu nostro <sup>a)</sup> accedente, est facta. Cavemus etiam et promittimus verbo nostro regio per praesentes nos vigore pactorum, conventorum in contractu sponsali inter Serenissimum atque Excellentissimum Principem et Dominum Rudolphum Secundum, divina favente clementia electum Romanorum Imperatorem semper Augustum, ac Germaniae, Bohemiae, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae et caetera Regem, Infantem Hispaniarum, Archiducem Austriae, Ducem Burgundiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae, Wirtembergae et caetera, Comitem Tyrolis et caetera, cognatum vicinum et amicum charissimum, et inter Oratores nostros solenniter initorum renunciationem talem in omnibus et singulis punctis et articulis suis ratam, gratam et probatam habere et semper habituros, neque ulla in re illi unquam contraventuros. In cuius fidem et testimonium has literas nostras signo nostro obsignari iussimus et manu propria subscripsimus. Datum et actum Cracoviae.

*In dorso:* Formula renunciationis a Serenissima Principe Anna Oratoribus Sacrae Caesareae Maiestatis et caetera, ante consummationem cum Serenissimo Poloniae Rege matrimonii praestandae.

a) *in ms. nostre.*

z) *sic in ms.*

*Rudolphus II imperator  
universis;  
formula obligationis et confirmationis tractatus Bendzinensis.  
(Lat., exemplar minutae.)  
A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 18.*

Rudolphus, divina favente clementia et caetera.

Significamus praesentibus litteris nostris quibus interest universis et singulis. Quod cum Serenissimus Poloniae Rex, Sigismundus Tertius, affinis et vicinus noster charissimus per Oratores suos illustres et reverendum in Christo Patrem Dominum Hieronymum Comitem a Rozdrzaw, Episcopum Vladislaviensem et Pomeraniae, et Albertum Radzivil, Ducem in Olyka et Nieswiesz, Magni Ducatus Lithuaniae Mareschalcum, diligenter a nobis magnaue cum instantia postulasset atque institisset, ut Serenissimum Archiducem Maximilianum fratrem nostrum dilectissimum ad praestandum iuramentum ex formula tractatum Bendzinensium adduceremus et reliqua omnia quaecunque in transactione illa Bendzinensi continentur, et quae hucusque expleta non essent, primo quoquo tempore plene ac integre in omnibus punctis et clausulis suis explerentur, nos magna quidem cura et sollicitudine curasse antea, et nunc quoque operam sedulo dare, ut omnibus illis ex universis Bendzinensis transactionis conditionibus, in quas nos etiam ipsi corporale et sacrosanctum iuramentum iam praestitimus, prorsus sine ulla fraude dolove satisfieret. Cum vero praesentis modo temporis sit eiusmodi conditio, ut adigendi ad iuramentum hoc Serenissimi Archiducis Maximiliani fratris nostri dilectissimi facultas nobis non detur, ne Serenissimus Poloniae Rex, neve inclyti Regni Poloniae Ordines aliorum hoc accipiant, aliterve interpretentur, promittimus verbo nostro caesareo et regio hisce literis nostris pro nobis et Serenissimis Archiducibus Austriae fratribus nostris dilectissimis, iuramento a nobis in transactionem Bendzinensem iam praestito, nihil prorsus derogando, sed illud et omnes eius clausulas et contenta in suo robore penitus reservando, quod iuramentum illud a Serenissimo Archiduce Maximiliano fratre nostro dilectissimo hucusque non praestitum, Bendzinensi transactioni nihil omnino praeiudicare neque derogare debet aut poterit, sed libera facultas reservatur Serenissimo Poloniae Regi et amplissimis Regni Poloniae Ordinibus prosequendae causae iurisque sui ex formula transactionis Bendzinensis contra Serenissimum Archiducem Maximilianum fratrem nostrum dilectissimum, de quo quidem supra nominati Serenitatis eius Oratores solenniter caverunt ac protestati sunt. Nosque ipsi etiam, quemadmodum in transactionem illam consensimus et iuravimus, ita deinceps etiam ratam eam una cum Serenissimis caeteris Archiducibus habebimus, ipsique Serenissimo Archiduci Maximiliano, contra eam transactionem quidquam suscepturo, neque nos neque Serenissimi Archiduces Austriae non auxilium neque favorem ullum praestabimus, neque populi ditionesque nobis subiectae praestabunt, sed omni ratione obviam potius ituros spondemus, transactionemque supra nominatam per omnia expleturos promittimus; his denique litteris sive cautione hac vel declaratione

nihil Serenissimo Regi Regnoque Poloniae, nihil transactioni ipsi Bendziniensi iuramentoque a nobis praestito, praeiudicari neque derogari volumus, nulla arte vel ingenio praemissis contraveniendo.

*In dorso:* Formula postulatae obligationis ratione iuramenti a Serenissimo Maximiliano et caetera, praestandi.

N. 38.

Cracoviae, 15.II.1592.

*Sigismundus III rex Poloniae*

*universis;*

*mandatum procuratorium pro Hieronymo Rozdrażewski et Alberto Radziwiłł.*

*(Lat., exemplar.)*

*A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 19.*

Sigismundus Tertius, Dei gratia Rex Poloniae, magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque et caetera, nec non Regni Sueciae proximus haeres et futurus Rex.

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis. Cum nihil perinde ad Christianam Rempubicam tuendam confirmandamque valere sentiremus atque Christianorum Principum, eorum praesertim, qui plurimum opis ac praesidii rebus communibus afferre possent, perpetuam consensionem animoque reputaremus vetustum maiorum nostrorum institutum, qui praecipuo quodam studio iam inde a multis retro seculis Serenissimae inclytaeque Austriacae domus amicitiam collocatis acceptisque in mutua matrimonia liberis parandam putaverunt, eo nimirum consilio, ut cum ea familia, quae plurimorum potentissimorumque Christiani Orbis Principum affinitates complexa sit arcissimis vinculis, necessitudine constituta, ad amplificanda non modo communium Regnorum populorumque suorum, sed universae Christianitatis commoda et incrementa societate fruerentur. Idcirco nos etiam idem institutum religiose servandum putavimus atque invitati maiorum nostrorum exemplis, adducti etiam Senatus nostri hortatu atque consiliis, vi autem quadam amoris et benevolentiae nostrae in inclytam Austriacam Domum impulsus non in ea necessitudine, quae utrinque in nos transmissa est, conquiescendum, sed eam novis etiam coniunctionis ac matrimonii foederibus et nexibus adstringendam atque cumulandam duximus. Itaque ut perpetuae inter nos amicitiae novum quasi pignus intervenit cum Serenissimo et Excellentissimo Principe Domino Rudolpho Secundo, divina favente clementia electo Romanorum Imperatore ac Germaniae Ungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae et caetera, Rege, Infante Hispaniarum, Archiduce <sup>a)</sup>, Duce Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae, Wirtembergae, et caetera, Comite Tyrolis, cognato, vicino et amico carissimo Serenissimaque Principe, Domina Maria, Archiducissa Austriae, Serenissimi olim Principis Domini Caroli laudatissimae memoriae Archiducis Austriae vidua coniuge, ac Serenissimo Principe Ferdinando Archiduce itidem Austriae, nec non Illustri Principe Domino Wilhelmo utriusque Bavariae

Duce, Comite Palatino Rheni, ad quos testamentarium ius tutelae pertinebat, de danda nobis in matrimonium Serenissima Principe Anna commemorati Serenissimi Principis Caroli natu maxima filia egimus. Quam ad rem cum propensas illorum voluntates inclinataque studia cognovissemus neque vero nostrae aut Regni nostri rationes paterentur, ut cum Sacra Maiestate Caesarea de iis rebus, quae ad hoc matrimonium rite constituendum pertinent, coram ac ipsi per nos agere possemus, faciendum putavimus, ut qui ea omnia nostro nomine obirent, legatos ad Sacram Caesaream Maiestatem mitteremus, quemadmodum quidem mittimus Reverendum in Christo Patrem Dominum Hieronymum, Comitem a Rozdrzow, Episcopum Vladislaviensem et Pomeraniae, et Illustrissimum Albertum Radziwilum, Ducem in Olyka et Nieswiess, supremum Ducatus Lituaniae Marschalcum, Caunensem Rombergemsemque Capitaneum, quibus hoc patenti diplomate nostro totius huius negotii matrimonii nostri tractandi, deque eo statuendi transigendique cum iis omnibus, ad quos id pertinebit, plenam et omnimodam facultatem damus et concedimus ita, ut potestate auctoritateque sibi a nobis concessa plenaria, contractus omnes, qui in constituendis matrimoniis intercedere solent, peragant, ac generaliter omnes, quaecunque in ea re versabuntur, tractationes constituent, expediant et perficiant, deque iis, quibus erit necesse, ex vi huius sibi a nobis concessae potestatis omni meliori modo et forma caveant. Quicquid porro ab ipsis actum, transactum, repromissum, contitutumque fuerit, id nos ratum et gratum habituros esse, idemque certum et firmum semper esse futurum spondemus et pollicemur. In cuius rei fidem praesentes literas manu nostra subscripsimus sigilloque Regni nostri consignari iussimus. Datum Cracoviae, die XV Februarii, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, Regni vero nostri anno quinto.

Sigismundus Rex.

Exemplum mandati procuratorii.

a) *Hic in ms. Austriae deesse videtur, loco cuius Duce repetitur.*

N. 39.

Pragae, 24.V.1592.

*Rudolphus II imperator  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de matrimonio Annae archiducissae cum Sigismundo III.*

*(Lat., orig., sigil.)*

*A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 24.*

Rudolphus Secundus, divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae et Wirtembergae, Comes Tirolis. Serenissimo Principi Domino Philippo, Hispaniarum utriusque Siciliae, Hierusalem et caetera, Regi catholico, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, avunculo, sororio et fratri nostro charissimo, salutem ac benevolentiae omnisque felicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, avuncule, sororie et frater charissime. De quo iam diu inter nos et Serenissimum Principem Sigismundum, Regem Po-

loniae, actum fuit, matrimonii inter ipsum et Serenissimi Domini quondam Principis Caroli, Archiducis Austriae, patrum nostri charissimi, filiam Principem Annam, contrahendi negotium eo iam usque perductum, ut superatis quae sese utrinque in tractatus initio obtulerunt difficultatibus, pactisque dotalibus constitutis, sponsalia Vienna Austriae solenni ritu laetisque auspiciis obita et peracta sint, et ut modo regia sponsa Regi sponso comitatu honorifico deducatur, ita ut nuptias illas prosperum et optatum habituras successum speretur. In eo autem toto negotio propositum nobis unice fuit commune Reipublicae Christianae bonum, quod ex hoc matrimonio speratur, ut sincerus hinc noster animus spectetur. Haec ut Serenitati Vestrae pro nostra et augustae domus nostrae coniunctione et propinquitate significaremus, omnino benevolentiae esse nostrae duximus. Quomodo autem hic omnia pertractata atque transacta fuerint, Serenitas Vestra ab Oratore suo, cui ea minutim significari iussimus, intellexerit. Quod reliquum est, Serenitatem Vestram quam optime et quam diutissime valere optamus. Datum in arce nostra Regia Praegae, die decima quarta mensis Maii, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, Regnorum nostrorum Romani, decimo septimo, Hungarici vigesimo et Bohemici itidem decimo septimo.

Eiusdem Serenitatis Vestrae  
bonus frater

- u) Rudolphus. v)
- u) Jacobus Curtius a Senfftenau v)
- u) Ioannes Barvitiuss. v)

u)-v) *manu propria.*

N. 40.

*Visliciae, 8.I.1592.*

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Philippum II regem Hispaniae;  
ad nuptias invitatio.*

*(Lat., orig., sigil.)*

*A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 20 a 26 (sic).*

Serenissimo Principi Domino Philippo, Hispaniarum Catholico ac utriusque Siciliae, Hierusalem, Ungariae, Dalmatiae, Croatiae Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Lotaringiae, Brabantiae et caetera, Comiti Habsburgi, Flandriae, Tyrolis et caetera, amico et cognato nostro carissimo, Sigismundus Tertius Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque et caetera, necnon Regni Sueciae proximus haeres et futurus Rex salutem et fraterni amoris atque omnis felicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, amice et cognate carissime. Non dubitamus Serenitatem Vestram minime latere uxorem a nobis ex augusta Austriae domo atque familia esse petitam, neptem nimirum ex fratre Serenitatis Vestrae, laudatissimae memoriae Serenissimo Archiduce Austriae Carolo. Certum etiam habemus nostrum hoc studium Serenitati Vestrae fuisse

probatum utpote vetustae amicitiae a maioribus utrinque in nos transmissae, novis affinitatis vinculis confirmantibus, proposito susceptum. Quoniam autem Deo bene iuvante res ita cessit, ut nuptiis etiam ipsis obeundis dies vigesimus sextus Aprilis anni istius dictus sit, comiter Serenitatem Vestram ad eam celebritatem invitandam putavimus. Quam etsi tot terrarum spatiis disiunctam tantaque et tam laboriosa tot Regnorum procuracione in hac praesertim Christianae Reipublicae temporum iniquitate distentam venire ad nos haud posse facile coniciamus, tamen et ad inclytae familiae Serenitatis Vestrae dignitatem et ad amorem in nos benevolentiamque testificandam magnopere valebit, si quempiam hic ad diem dictum adesse volet qui Serenitatis Vestrae loco solemnitatem hanc exornet. Hoc ut Serenitas Vestra faciat, amanter rogamus, eoque nomine humanitatis vicissim omnia officia Serenitati Vestrae debebimus. Quod reliquum est, illi diuturnam valetudinem et fausta omnia ex animo precamur. Datum Visliciae, die VIII mensis Ianuarii, anno Domini MDXCII, Regni vero nostri anno quinto.

u) Sigismundus Rex v)

u)-v) *propria manu.*

N. 41.

S.l., s.d. [post 15.IX.1592].

*Ignotus*

*ad usum officii;*

*refert summam epistolam, quam [Pragae] die 15.IX.1592, Guillen de San Clemente scribebat ad Philippum II.*

*(Hisp.)*

*A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 27.*

Relacion de 3 cartas para Su Magestad de Don Guillen de Sant Clemente de 15 de Setiembre 1592.

.....  
Que al Rey de Polonia que alla llaman no se escrivirian cartas porque el Canciller no se pueda aprovechar dellas para irritar al Turco, pero se procurara por medio del Nuncio en Polonia que en una dieta que esta convocada agora en Varsavia pidan al Emperador una liga defensiva.

Que al Moscovita se despachara tambien personage a pedirle que ocupe los Tartaros queriendo el Turco invadir con ellos la Ungria como otra vez lo hizo.

.....  
Que a la Dieta que se hazia en Varsovia embiara el Emperador al Obispo de Ulmiz a procurar que no se haga alguna resolucion contra aquella Casa porque facilmente lo procurara el Canciller como ha procurado las competencias entre los hermanos de Austria y aun echar del Reyno al que le posee.

N. 42.

S.l., s.d. [post 30.VI.1592].

*Ignotus  
ad usum officii;  
refert summam epistolam, quam [Pragae] inter 6 et 30.VI.1592 Guillen  
de San Clemente scribebat ad Philippum II de matrimonio regis Si-  
gismundi III cum Anna Austriaca.  
(Hisp.)  
A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 60.*

Relación de 7 cartas de Don Guillen de Sant Clemente a Su Magestad las 6 de 23 y la otra de 30 de Junio 1592.

. . . . .

2

Que apunto a los ministros del Emperador lo mal que avia parecido la prisa que se dieron en el casamiento de la Princesa Ana, y que en lo porvenir estara atento a que no se haga semejante yerro.

Que de Polonia no avia que avisar mas de que se avia celebrado la boda con solenidad y se esperava presto de buelta la Archiduquesa Maria.

Que al Emperador alabo de parte de Su Magestad los officios que mando hazer con sus hermanos para que no se estorben en la pretension de Polonia y a Traucen que fue el instrumento desto se lo agradecio de parte de Su Magestad.

. . . . .

N. 43.

Pragae, 5.V.1592.

*Guillen de San Clemente  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de matrimonio Sigismundi III cum Anna Austriaca.  
(Hisp., relatio ex cryptogr.)  
A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 70.*

Praga.  
Don Guillen de Sant Clemente a 5 de Mayo 1592.  
Señor.

Con el ordinario passado escrivi a Vuestra Magestad como los Embaxadores polacos que avian venido a esta corte estaban tratando el ca-

samiento de la Princesa Ana con el Principe de Suecia y que yo me avia salido a una abadia dos leguas desta corte para no encontrarme con ellos; huve despues de bolver solicitado de mis achaques y acertelo pues sobre ellos me acudio un dolor de hijada que me ha traydo a la muerte, pero presto me libre della y en tanto los Polacos concluyeron el casamiento en la forma que Vuestra Magestad vera por la escritura que va con esta; a los principios estuvieron en que el Emperador prefiriese tiempo cierto en que Vuestra Magestad jurase las paces y tambien el Rey Maximiliano renunciase su derecho y si no queria señalar tiempo cierto que diesse caucion de que por ello no seguiria ningun daño, a todo lo qual el Emperador ha mostrado mucho valor cerrando los oydos a todas estas impertinencias y a todos los tentatibos que los Polacos han hecho amenazando que se escluyria la Casa de Austria si este casamiento no se concertava; partieronse los Embaxadores la semana passada para Viena adonde ha de acudir la esposa y alli se han de hazer los desposorios en nombre del Principe de Suecia y con sus poderes se desposara el Marichal Ragivila que ha sido uno de los Embaxadores que han estado en esta corte, el qual creo que conosco Vuestra Magestad en la suya años ha, y por parte del Emperador la acompañara el Obispo de Bratislavia con 600 caballos y el landgrave de Laytemberg con 400 que este numero es de concierto, porque siendo mayor no saldrian los Polacos, y en Ulmic que es ciudad de Moravia la vernan a encontrar otros nuevos Embaxadores polacos con proporcionada comitiva y despues, a la raya de Polonia, la rescibirian otros Embaxadores con lo que ellos quisieren; no esta señalado el dia en que ha de ser la voda porque esto depende de la Archiduquesa Maria que estaba indispueta quando estos negocios se concluyeron y agora entiendo que ya esta con su hija en Viena donde se determinara el dia de la voda y tambien su yda a Polonia, todo este tratado me ha mandado comunicar el Emperador antes y despues de concluydo y aviendoles dicho que no tenia orden de Vuestra Magestad de hablar en esta materia aprobe, como de mio, todo lo que me dixieron.

El Chanciller de Polonia haze quanto puede por impedir este negocio y procura de juntar un combento en Lublin del qual algunos piensan que podrian resultar novedades y aun yo sospecho tambien que podria aver algunas, que las cosas de Polonia no estan bien y aquella gente es tan mudable que no se puede hazer fundamento ninguno en sus cosas.

El Rey Maximiliano ha parecido en Roma como el Duque de Sessa lo havra escrito a Vuestra Magestad; con saber esto se han asegurado los que pensaban que avia ydo la buelta de Ungria, Nuestro Señor guarde etcetera. De Praga a 5 de Mayo 1592.

*In dorso:* Praga. A Su Magestad. Descifrada.

Don Guillen de Sant Clemente a 5 de Mayo 1592.

Rescibida a <sup>a)</sup> de Junio.

*Alia manu:* La conclusion del casamiento del Principe de Suecia con la Princesa Ana y embia las escrituras que en ello passaron.

Que el Rey Maximiliano parecio en Roma.

a) *hic spatium album.*



*Ex Aula Regia, 31.III.1592.*

*Guillen de San Clemente  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de matrimonio Sigismundi III regis Poloniae cum Anna Austriaca.  
(Hisp., relatio ex cryptogr.)  
A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 71.*

Aula Regia.  
Don G. de Sant Clemente a ultimo de Março 1592.  
Señor.

.....

En la materia de Rey de Romanos lo que puedo dezirle <sup>a)</sup> es que con averla instado muchas vezes y particularmente con la ocasion de la muerte del Duque de Saxonia y del Casimiro, nunca se me ha respondido a ellos. Verdad es que un ministro <sup>b)</sup> que esto se difiria hasta la venida del varon Kevenhiler, el ha mas de 20 dias que llevo y hasta agora no ha tratado de ningun negocio porque no le han dado lugar, escusandose assi por los dias santos que han passado como por estar aqui los Embaxadores polacos tratando del casamiento del Principe de Suecia con la Princesa Ana y por los respetos que ya en otra tengo escrito a Vuestra Magestad, me he retirado en esta abadia que esta dos leguas de Praga adonde he sabido que no han dexado ellos de tener alguna sombra de mi retirada y esta la ha hecho mayor el averse partido el Rey Maximiliano de Nuystate solo y vestido a la ungar y rapada la barba como ellos la traen, no se sabe donde ha ydo porque se ha partido sin avisar al Emperador y aunque sea con la orden que los dias passados escrivi a Vuestra Magestad que le avia embiado con Paulo Sixto Trauzen, se sospecha che ha ydo a verse en alguna parte de Ungria o Transilvania con el Cardenal Batori o quiza con el Canciller de Polonia que por los peligros en que pone su persona y las alteraciones que esto podria causar, no dexa de dar cuydado al Emperador; sus ministros me han dicho que acavado el tratado del casamiento me lo diran todo en sabiendolo lo escrivire a Vuestra Magestad.

*In dorso: Aula Regia. A Su Magestad. Descifrada.  
Don Guillen de Sant Clemente a 31 de Março 1592.  
Recibida a 18 de Mayo.  
En lo dé Rey de Romanos.  
La salida del Rey Maximiliano a Nuystate.  
Casamiento del Principe de Suecia con la Princesa Ana.*

a) *in ms.* dezirles.

b) *in margine manu propria Philippi II:* aqui parece falta alguna palabra.

Pragae, 3.III.1592.

*Guillen de San Clemente*  
*ad Philippum II regem Hispaniae*  
*de oratoribus regis Poloniae expectatis.*  
(Hisp., relatio ex cryptogr.)  
A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 82.

Señor.

Cada dia se estan esperando los Embaxadores polacos en esta corte haviendo ya mas de 15 dias que partieron de Cracovia. Estaran aqui todo el tiempo que huvieren menester para hazer las capitulaciones que han de preceder al matrimonio con la Princesa Ana. Quando yo sepa la sustancia dellas la avisare a Vuestra Magestad; concludo esto, se gran a Graz a recibir y acompañar la esposa, la qual segun esta concertado ha de llegar a Cracovia a los 26 de Abril. Los Embaxadores que vienen son el Obispo de Cuyavia hermano que fue del Conde de Poystorff, mayor-domo que era de la christianissima Reyna de Francia quando partio de aqui la Emperatriz; el otro es Albertus Radivilla, Marichal de Lituania, hermano del Cardenal Radivila a quien Vuestra Magestad conosco en su real corte, que es gran privado del Sueco.

Tambien dizen que viene con ellos, aunque no como Embaxador, Folveter, agente que fue de la Reyna de Polonia en corte de Vuestra Magestad; yo me saldre a alguna parte con algun achaque por escusar la diferencia que avria de haver entre el tratamiento que yo les hiziera como ministro de Vuestra Magestad y el del Emperador, pues el los tratara como Embaxadores del Rey de Polonia, y deste medio estando las cosas en el estado en que estan se contentara el Rey Maximiliano y el Emperador a quien he dado quenta deste mi pensamiento y lo aprueba y tiene por bueno.

Lunes a los 10 del passado se enterro en Viena la christianissima Reyna de Francia con poca pompa segun ordena en su testamento, del qual no se otra cosa particular que poder dezir. Nuestro Señor guarde etcetera.

De Praga a 3 de Março 1592.

*In dorso:* Praga. A Su Magestad. Descifrada.

Don Guillen a 3 de Março 1592.

Recibida a 23 de Abril.

Embaxadores que venian a lo del casamiento de la Princesa Ana.

N. 46.

*Ex Aula Regia, 7.IV.1592.*

*Guillen de San Clemente  
ad Ioannem de Idiaquez  
de d.r., i.a. de Ioanne Zamoyiski eiusque servitore Simone Genga.  
(Hisp., relatio ex cryptogr.)  
A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 88.*

Aula Regia. Don Guillen de San Clemente a 7 de Abril 1592.

.....

No se quien haze instancia a Su Magestad para que se sirva de Simon Genga, porque de su profesion creo que se hallaran otros tan buenos y esta tan intrincado con el Duque de Florencia, aunque su hermano que ha estado aca, lo niega; el tiempo que yo estuve en Polonia me dixieron que era hombre del Canciller y lo mismo me dixo cerca ha de un año el Arçobispo de Napoles y ha mas de dos o tres que el dicho Genga esta en Transilvania con el Principe della que es cuñado del mismo Canciller de Polonia, que todo esto y las platicas de casamiento con el dicho de Transilvania y la sobrina del Gran Duque quicha que movidas por el y la altivez que tiene en su trato arguye que pretendera mucho sueldo y gran ayuda de costa. Todo me haze mucho asco mas yo seguire la orden que Su Magestad me da en su carta y avisare lo que respondiere. Dios guarde a Vuestra Merced.

De Aula Regia a 7 de Abril 1592.

.....

*In dorso: Aula Regia. A Don Juan Idiaquez. Descifrada.  
Don Guillen de Sant Clemente a 7 de Abril 1592.  
Recibida a 6 de Mayo.*

N. 47.

*S.l., s.d. [post 5.V.1592].*

*Ignotus  
ad usum officii;  
refert summatim epistolam, quam [Pragae] die 5.V.1592 Guillen de San  
Clemente scriptis ad Philippum II de matrimonio Sigismundi III cum  
Anna Austriaca.  
(Hisp., v. textum plenum N. 43.)  
A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 90.*

N. 48.

*S.l., s.d. [post 5.V.1592].*

*Ignotus  
ad usum officii;  
enumerat et summatim refert scripta, quae a Guillen de San Clemente  
transmissa sunt ad Philippum II regem Hispaniae.  
(Hisp. V. textum scriptorum NN. 33, 34, 35, 36, 37, 38.)  
A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 92.*

Pragae, 14.I.1592.

*Guillen de San Clemente  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de negotiis Poloniae.*

*(Hisp., relatio ex cryptogr.)*

*A. G. S. Estado, Leg. 699, f. 112.*

Praga.

Don Guillen de Sant Clemente a 14 de Enero 1592.

Señor.

Escrivi a Vuestra Magestad a 17 de Diziembre del año passado la comision con que el Emperador embio a Paulo Trausen al Rey Maximiliano y al Archiduque Hernesto. Lo que della ha resultado es que despues de aver arqueado algunas horas el Rey sobre lo que se le dixo, respondio que nunca el avia pensado de mover ninguna cosa en Polonia sin la voluntad del Emperador y que pues tan claramente se le notificava esta y tambien la de Vuestra Magestad que entrambas seguiria en quanto le mandasen. Lo mismo respondio Hernesto, el qual cada dia se va desengañando mas de la vanidad de la platica del Sueco, y porque agora estava en Viena un hombre que por parte del Sueco ha llevado todo este manejo y creo que le ha valido algunas cadenas y dize que el Sueco cumplira todo quanto ha prometido al Archiduque si los mismos de Casa de Austria no se lo estorban, apuntando que lo dize por la Princesa Ana y por su madre; tambien ha concertado Traucen que pues cada uno de los hermanos tiene su residencia que se den las precedencias los unos a los otros como huespedes que por razon del titulo aunque menor la pretendia Maximiliano de Hernesto y Mathias y ellos no se la querian dar por el juramento que hizieron quando las pazes con el Sueco.

Algunos tienen cartas de Dansic que dizen que ha desembarcado alli la Princesa de Suecia para venirse a vivir con su hermano en Polonia, que si es assi no deve el de pensar en dexar aquel Reyno; el dicho Traucen me ha pedido que yo certifique a Vuestra Magestad que es muy inclinado a su servicio y que ha puesto mucho cuydado y muchas diligencias en componer este negocio. Nuestro Señor etcetera. De Praga a 14 de Enero 1592.

*In dorso:* Praga. A Su Magestad. Descifrada.

Don Guillen de San Clemente a 14 de Enero 1592.

Recibida a 6 de Março.

*Alia manu:* Que aviso de la comission que Traucen llevo del Emperador y que desto resulto el responder el Rey Maximiliano que nunca penso tratar nada en Polonia sin la voluntad de Sus Magestades. Lo mismo respondio Hernesto el qual se va desengañando de aquellas platicas aunque el hombre que a esto reside en Viena de parte del Sueco dize que de su parte se cumplira lo que ha ofrecido si la Princesa Ana y su madre no lo estorban. Tambien ha concertado Traucen lo de las precedencias,

que el que fuere huesped preceda al otro pues tienen sus residencias aparte.

Que ay avisos de Danzic que dizen aver desembarcado alli la Princesa de Suecia para yr a estar en Polonia con su hermano.

Que Traucen le pidio que certificasse a Su Magestad quan inclinado es a su servicio.

N. 50.

S.l., s.d.

*Ignotus interpres  
ad usum officii  
de titulo magni Moscoviae ducis « Samoderjets ».  
(Lat., interpretis scheda.)  
A. G. S. Estado, Leg. 700, f. 32.*

Litteras Magni Moscoviae Ducis Serenissimo Hispaniarum Regi inscriptas in linguam latinam transtuli. Id enim, cum in Hispaniam ablegandae sint, commodius esse iudicavi.

Magnus Dux sese Monarcham Russiae appellat, utitur autem peculiari vocabulo Moscovitico Samoderzec, quod idem significat quod apud Graecos αυτοκρατωρ uti Constantinopolitani Reges sese nominabant. Ex graeco moscoviticum nomen desumptum, nullum mihi dubium est.

Annos a condito mundo Graecorum more supputant et nunc septies millesimum centesimum secundum numerant. Et cuiuslibet anni a prima Septembris die initium faciunt.

*In dorso: Interpretis scheda.*

N. 51.

*Moscoviae, 2.XI.1593 [?]*

*Fedor Ioanovič tsar  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de missione ablegati Rudolphi II, Nicolai Warkotsch eiusque negotiis cum  
Fedor Nikitič Romanov.  
(Lat., versio defectiva ex originali Russico, cfr. infra N. 52.)  
A. G. S. Estado, Leg. 700, f. 33.*

Sanctissima Divina benedicta Trinitas, quae omnibus iis, qui in te credunt veris christianis largiris sapientiam, es invisibilis et constituta in summa et illustri regione. Deducas nos in viis tuis et rege nos secundum praecepta tua, ut inter electos tuos de lege et praeceptis tuis loquamur. Huius Dei nostri in Trinitate venerandi gratiam praedicamus, eiusque nutu et voluntate in manibus nostris gerimus sceptrum Russici Imperii.

Nos, Magnus Dux et totius Russiae Monarcha, Theodorus Ivanovicus, Wlodimiriae, Novogardiae, Moscoviae Dominus, Czar Casani et Astracani, Dominus Plescoviae, Magnus Dux Smolenscii, Tueriae, Juhoriae, Permae,

Wiatskiae, Bulgariae et aliarum provinciarum, Magnus Dux Novogardiae Inferioris, Czarnikoviae, Rezaniae, Jaroslaviae, Albilacus, Udoriae, Obdoriae, Condinae, Dominator totius Sibiriae et partium septentrionalium, Gruzinae, item Cabardiniae, Circassiae et montanorum Principum et aliarum multarum provinciarum Dominus et Gubernator.

Philippo, Dei gratia Regi Castiliae, Legionis, Arragoniae, Portugalliae, Navarrae, Neapolis, Siciliae, Hierosolimorum, Granatae, Toleti, Valencenarum, Galiciae, Maioris et Minoris Hispaniae Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Luczemburgi et aliarum regionum.

Preciosissimus et charissimus frater noster Rudolphus Romanorum Imperator misit ad nos fidelem dilectum suum Nicolaum Warkotsch a Nobschitz, ut nobiscum de multis negotiis, quae hoc tempore Christianis Principibus incumbunt, quaeque ad emolumentum, pacem ac tranquillitatem Reipublicae Christianae pertinent, ageret. Eam ob causam et ut omnia recte componerentur, consiliariis nostris: locum tenenti Plescoviensi Theodoro Nikitovicio Romano <sup>2)</sup> et aliquot eiusdem Collegis iniunximus, ut pluribus cum eodem Legato de his arduis negotiis agerent. Quibus ipse significavit fratrem nostrum charissimum in eo esse, ut legationibus ad te et summum Pontificem Romanae Ecclesiae missis foedus vobiscum percuteret et tandem praecipuae autoritatis Legatos ad nos ablegaret. Iis te, Hispanorum Regem, et Summum Pontificem suos quoque amicitiae et novi foederis constituendi causa adiuncturos. Cum itaque petitum sit a Warkotcio, ut tuis Legatis hasce fidei publicae literas mitteremus iisque et eorum familiaribus de libero ingressu et reditu ex nostris provinciis caveremus, id illi denegare nullo modo debuimus. Hisce itaque literis, ut per totum imperium nostrum iter facere possint, ipsis prospectum esse volumus. Scripta in Imperiali urbis nostrae Moscoviae aula, anno a condito mundo septies millesimo centesimo, secundo mense Novembri (Id est a Christo nato 1593) <sup>a)</sup>.

a) sic in ms. Videtur error esse in positione virgulae. Recte videtur: septies millesimo centesimo, secundo mensis novembris - (quod est 7100-5508-1592, cum correctione pro mense novembri: 1591). Cfr. infra

N. 52; sed etiam haec data incerta est, apparet enim aliunde (Elementa ad Font. Ed. XVI, N. 131) Warkotsch Moscoviae fuisse a. 1589).

2) sic in ms.

N. 52.

Moscoviae, [2.XI.1593?].

*Fedor Ioanovič tsar  
Philippo II regi Hispaniae  
de missione ablegati Rudolphi II, Nicolai Warkotsch.  
(Russice, orig., sigil. vest.)  
A. G. S. Estado, Leg. 700, f. 34.*

Troitsa presuščestvenaia i prebožestvenaia i preblagaia. Pravevěru-  
iuščim v tia istinnym khrist'ianom dateliu premudrosti, prenedověromyi,  
presvētlyi krainii verkh. Napravi nas na istinu tvoiu i nastavi nas na  
povelēn'ia tvoia. Da vozglagolem o ludekh tvoikh po vole tvoei. Siego  
ubo Boga našego v Troitsy slavimago milostiu, khotēn'em i blagovoleniem  
oderžakhom skifetr rosiiskago tsarstvovania, My velikii gosudar' tsar' i  
velikii kniaz' Fedor Ivanovič, vseia Rusii samoderžets, Vladimerskii,

Moskovskii, Novgorodskii, tsar' Kazanskii, tsar' Astorokhanskii, gosudar' Pskovskii i velikii kniaz' Smolenskii, Tverskii, Ugorskii, Permskii, Viatskii, Bolgarskii i inykh gosudar' i velikii kniaz' Novogoroda Nizovskie zemli, Černigovskii, Rezanskii, Rostovskii, Iaroslavskii, Beloozerskii, Liflianskii, Udorskii, Obdorskii, Kondinskii i vseia Sibirsskie zemli i Sěvernnye strany povelitel i gosudar' Iverskie zemli Gruzinskikh tsarei i Kabardinskije zemli Čerkaskikh i gorskikh kniazei i inykh mnogikh gosudarstv gosudar' i obladatel' a). Filipu Božieiu milostiu Koroliu Kaštilianskomu, Legionskomu, Aragonskomu, Portugalskomu, Navarskomu, Neapolitanskomu, Sytsilěiskomu, Erusalimskomu, Granattskomu, Toletiskomu, Valentsiiskomu, Galitsiiskomu, bolšie i menšie Išpanskije zemli koroliu, artsykniaziiu Austrieiskomu, kniaziiu Burgundiiskomu i inykh. Prisylyal k nam brat naš dražaišii i liubezneišii Rodulf tsesar' posla svoego vērneišego, bližnego svoego čeloveka b) Nikolaia Varkača s Noptits i Zailemzdorfu, o mnogikh i velikikh dělekh, kotorye nastoiat všēm nam khristianskim gosudarem i vsemu khristianstvu k pribytku i pokoiu i k tišině; i buduči u našego tsar'skogo veličestva, brata našego Rudolfa tsesaria, posol Mikolai prigovorili našego tsarskogo veličestva, z boiary, z boiarinom i naměstnikom pskovskim s Fedorom Nikitičem Romanova 1) s tovarišči, kotorykh vysylali jes'my k nemu s otvėtom, čto bratu našemu dražaišemu i liubezneišemu Rudolfu tsesariu o tēkh dělekh oboslali s tobou s yšpanskim korolem Filipom i s navyššim Papoiu Grigoriem. I utverdia s vami o dokončan'e. Slati k našemu tsarskomu veličestvu ot sebě predidušćie vesny k drugoi vesně poslov svoikh velikikh o tēkh dělekh prigovoriv zakrepiti. A vam by išpanskomu koroliu Filipu i navyššemu pape Grigoriu s tēmi s tsysarevymi posly vměste k našemu tsar'skomu veličestvu o tēkh o velikikh dělekh prislali poslov svoikh. A nam by velikomu gosudariu na tē vaši posly poslati s nim s Mikolaiem svoiu tsar'skaia 2) opasnaia 2) gramota 2). I kotorykh poslov svoikh ty, Išpanskoj korol Filip pošleš k nam k velikomu gosudariu i tēm tvoim poslom priěkhati k našemu tsar'skomu veličestvu i ot'lekhati ot nas dobrovol'no bezo vsiakogo zaderžania i zatsěpki so vsēmi ikh liud'mi i životy po sei našei tsarskoj opasnoi gramote. Pisana v gosudarstvia našego dvorě, v tsarstvuiušćem grade Moskvě. Lěta ot sozdania miru 7100 goda 2 noiabria mesiatsa 2).

*In dorso litteris cursivis pessimis:* c)

Felipu d) Boga milostiu koroliu kastelanskomu, legionskomu, aragonskomu, portugalskomu, navarskomu, neapolitanskomu, sitsilskomu, erusalemskomu, granatskomu, toletiskomu, valenskomu, galiskomu, bolšie i menšie Gišpanee ... etekh e) koroliu arskniaziiu austreiskomu, kniaziiu burgundskomu i inykh \*).

a) in ms.: oblaadatel.

b) in ms.: c.lo..ka.. lectio incerta propter nimiam contractionem.

c) quae sequitur nota marginalis litteris cursivis scripta difficillime legitur.

d) nimis indistincte scriptum est hoc verbum.

e) primae litterae huius verbi vir leguntur.

z) sic in ms.

\*) Transcriptio sec. tabulam, Antemurale IX, pag. 4, omissa tamen transcriptione « ier muti finalis ».

1) qui originem dedit dynastiae Romanov, dein patriarcha Moscoviae Philaretus vocabatur.

2) in ms. m. 3Pb goda noiabria, i.e. 7100  
— 5508

1592  
— 1  
pro correctione mensili

1591; cfr. N. 51, nota a)

N. 53.

S.I., s.d. [post 19.I.1593].

*Ignotus*

*ad usum officii;*

*refert summam epistolam, quam [Pragae] die 19.I.1593 scribebat Guillen de San Clemente ad Philippum II regem Hispaniae de matrimonio Annae Austriacae aliisque rebus Poloniae.*

(*Hisp.*, v. *textum plenum* N. 54.)

A. G. S. Estado, Leg. 700, f. 37.

N. 54.

Pragae, 19.I.1593.

*Guillen de San Clemente*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*de Anna Austriaca aliisque rebus Poloniae.*

(*Hisp.*, *relatio ex cryptogr.*; *rel. brev.* L. 700 f. 37.)

A. G. S. Estado, Leg. 700, f. 41.

Señor.

Mandame Vuestra Magestad en su real carta de 12 de Octubre que le avise de las cosas de Polonia y del tratamiento que el Emperador usa con el que agora Reyna y comenzando por lo primero digo que yo no se que causa puede haver para que no ayan dado a Vuestra Magestad cuenta del casamiento de la Princesa Ana porque a mi me han dicho muchas vezes que los harian y fue el primer punto que la Archiduquesa Maria propuso siguiendo en esto la voluntad del Archiduque su marido que Dios aya. Lo que pienso que puede haver en ello es no estar ay el Embaxador Kevenhiler o si no el descuydarse con Vuestra Magestad en esto, como lo hazen en otras cien mil cosas, porque no le tienen miedo ninguno y creen que no les rompera la guerra, ni inquietara y este es punto sobre que muchas vezes yo me he venido a alterar con ellos hasta preguntalles que seguridad tienen de que Vuestra Magestad no se ha de enfadar o si le tienen por bastardo de la casa y pues se me offrezce este proposito no quiero dexar de dezir a Vuestra Magestad que aca no se tiene respeto, sino a quien tienen amor o temor; amor se tiene a aquella persona con quien el Principe o sus ministros tienen algun interes particular que las mas vezes es vaxissimo; temor no le tienen sino a los protestantes y mayor a quien menos respeto les tiene y aunque todos tienen pretensiones con Vuestra Magestad y muy grandes todavia lo presente les haze olvidar muchas vezes las esperanças, antes <sup>a)</sup> sospecho que desean que se yerren muchas cosas porque vea Vuestra Magestad de quan poco provecho es la merced que ha hecho a Runf y aun algunas vezes me la han dado en rostro y confieso a Vuestra Magestad y le pido muy humilmente perdon que me engañe antes que este hombre fuesse ministro, pensando que quando lo fuesse como lo es agora, seria muy util al servicio



de Vuestra Magestad, mas la experiencia me ha mostrado que aora sea por la poca aficion que tiene en el centro de su coraçon que es tan artificioso que ni esto se le puede penetrar, o que no puede nada pues es cierto que no tiene la autoridad con su amo que Kevenhiler, ha dicho a Vuestra Magestad; yo se que no me aprovecha en nada para la sustancia de los negocios de Vuestra Magestad, aunque en demostraciones exteriores a ninguno se debe tanto y assi se siente de qualquier dilacion que aya en sus pretensiones como si Vuestra Magestad le estuviesse muy obligado. Dexo de dezir a Vuestra Magestad mil menudencias a este proposito porque son indinas de ocupar a Vuestra Magestad con ellas, pero bastantes pruebas desta verdad, la qual digo tan claramente por haverse me mandado que hable claro y por parezcerme tiempo que este Vuestra Magestad muy informado de lo de aca, y concluyo esta digreccion con dezir a Vuestra Magestad que este cavallero si se quedara camarero mayor era muy buen criado, pero ministro y que tenga el directorio de las cosas ellos mismos diran si llevan el camino que han de llevar aunque el da en muchas la culpa a su amo que bien podria ser que la tuviesse en algo.

Quod autem ad nostram Caream Magnitudinem Clemens Pontifex in suis litteris scribit et tu itidem in suo scripto scripsisti de auxilio fratri nostro Rudolpho Imperatori contra Turcam praestando, ut nostra Carea Magnificentia auxilium ex thesauro nostro praestet. Nos, Magnus Dominus Carus et Magnus Dux Theodorus Ivanoviz, totius Russiae Solustenens, propter fraternum amorem preciosissimi ac dilectissimi fratris nostri Rudolphi Caesaris contra hostem totius Christianitatis Sulthanum Turcicum in auxilium misimus nostrum thesaurum, cupimusque illud, ut nos, Magnus Dominus Carus et Magnus Dux Theodorus Ivanoviz, totius Russiae Solustenens, cum fratre nostro preciosissimo dilectissimoque Rudolpho Imperatore simus in fraterno amore, in unitate et firma amicitia in perpetuum, ut nostra Carea providentia Christianitas ex manibus Bismurmanorum liberetur.

Et quod scripsisti in tuo scripto de Rege Persiarum et Caro Grusiniensi, ut Rex Persiae et Carus Grusiniensis ad mandatum Magnificentiae nostrae contra Turcam unitim agant, nos, Magnus Dominus Carus atque Magnus Dux Theodorus Ivanoviz, totius Russiae Solustenens, anno praeterito post ablegationem ad nos nuncii fratris nostri Rudolphi, Persarum Regi eiusque Nuncio Zozych Ostrobov demandavimus nostrumque Nuncium Kamboss Bachu ob eandem causam misimus per eumque ad Regem scripsimus, ne Rex cum Turca pacem faciat, imo agat contra eum. Rex autem Persarum nostro mandato obediet, neque cum Turca pacem faciet, imo cum ipso bellum aget, etiam et modo apud nostram Magnificentiam Nuncius Persarum Andibek, magnus autem eiusdem Legatus, qui iam est in itinere apud nos propediem expectatur. Quando igitur nos, Magnus Dominus, Persicum nuncium expediemus, nostra Magnificentia ad Regem Persarum de his omnibus negotiis mandata dabimus. Alexander vero Grusiniensis Tributarius noster secundum mandatum nostrae Magnificentiae quicquid ipsi demandaverimus, hoc ipse faciet et contra Turcam cum Rege Persico unitim aget.

*In dorso:* Exemplum responsi, quod Magnus Dux Moscoviae iussit dari Alexandro Comulaeo Abbati Nonensi et Summi Pontificis ad eundem Legato.

a) i gori i.e. montes.

z) sic in ms.

Pragae, 20.III.1596.

*Guillen de San Clemente  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de matrimonio Annae Austriacae cum Sigismundo III aliisque rebus.  
(Hisp., relatio ex cryptogr.; adest ibidem fragmentum duplicati).  
A. G. S. Estado, Leg. 703, s.f.*

Praga.

Don Guillen a 20 de Março 1596.

Señor.

A los 14 deste mes rescibi la carta de Vuestra Magestad de 14 de Enero con correo expreso que con un despacho que con ella venia que despacho el Principe Doria de Loan a los 6 deste. A Vuestra Magestad beso muy humildemente las manos por la merced que me ha hecho de emplearme en negocio tan grande y tan de su gusto y a Dios doy muchas gracias porque me ha dexado ver este tan deseado dia y Vuestra Magestad se las de de aver llevado para si a la Archiduquesa Catalina porque era tan seca de complession que se juzgava que era inhabil para la generacion, lo qual he sabido yo de muy poco aca, lo que bendito Dios no ay en las que quedan sino mucha salud y buena complexion.

Quando el Rey de Polonia y el Principe de Transilvania se casaron pidieron sus mugeres al Emperador como a curador dellas porque este es el primer passo que se da en Alemania por ser tal la costumbre della y aqui se resuelve todo y despues se da quenta a la Archiduquesa para la tratacion y disponer el acompañamiento; lo que passo en el de la Reyna de Polonia fue que la provincia de Carintia y Astiria contribuyeron algunos millares de florines en traella su misma madre hasta Viena y acompañandola decentemente ellos al modo de aca. El desposorio se hizo por poder que tuvieron el Marichal Ragivila y el Obispo de Cuyavia y a costa del Emperador y de alli continuo su viaje por las provincias de Su Magestad Cessarea hasta llegar en Polonia, a donde a la raya la rescibieron los Polacos y en nombre del Emperador fueron en el acompañamiento el Lanzgravio de Lantemburg y su muger. Estuvo la madre alla hasta acabadas todas las fiestas y bolviose.

La de Transilvania llevo la misma madre hasta dentro de la misma Transilvania mas con menos acompañamiento y en la Hungria Superior la rescibio el Archiduque Maximiliano, donde entonces se hallava en la guerra y la acompañó hasta entregalla a su marido. Esta es la historia que ha passado en estos dos acompañamientos la qual <sup>a)</sup> no es <sup>b)</sup> para hazer consecuencia con ella, sino solo para que Vuestra Magestad sepa lo que ha passado. Agora el Archiduque Fernando esta ya fuera del estudio de Inglistate donde entonces estava y es muy hombre porque no tiene sino dos meses menos que Su Alteza, que Dios guarde, y si el acompañasse a su hermana hasta Milan, se escusaria aver de quitar al Emperador alguno de sus hermanos que en aquel tiempo estaran ocupados en la guerra, y si se perdonasse al Emperador que el otro huviesse de embiar persona que la acompañasse, creo que se le daria gran gusto

porque esta muy falto dellas, y a Vuestra Magestad creo que le seria de gran pesadumbre aver de cumplir con qualquiera que el embiase porque avria de ser algun obispo. Bien creo yo que la Archiduquesa madre holgaria de yr, mas entonces avria de quedar el hijo para el gobierno porque assi se hizo quando el verano passado fue a Transilvania y quando a Polonia governava aquellos estados el Archiduque Ernesto y no avia guerra.

En quanto a otras personas del servicio de la propia persona, yo no se lo que la madre tiene pensado de hazer, ni lo que se tiene alla, mas se que esta muy puesta en este caso y que tiene mucha correspondencia en el con el Embaxador Kevenhiler, y se tambien que todos quantos dependen della tienen todas sus esperanças en esta jornada, porque quando yo fuy a Gratz, el año de 93 a tratar con el Archiduque Ernesto su yda a Flandes, no me podia librar de memoriales que con estas y otras personas me davan pensando que yva a tratar deste negocio porque muchos tienen puestos los ojos en el, y la esperança de su remedio; y si Vuestra Magestad por medio de Kevenhiler no manda advertir a la Archiduquesa que se temple en sus pretensiones, verna a causar muchas importunidades. Si ella quisiere echar mano de mugeres desta corte que sepan la lengua española ay muy pocas en ella porque de mugeres principales no ay sino Doña Maria Manrique, muger que fue del Varon de Pernestayn, y essa queda con muy poca salud. Tiene una hija casada con el Conde de Fustemburg que esta tiene muchas hijas y es una muger muy discreta y de mucho ser y entre estas hijas es la mayor que tiene de 15 años y habla muy bien español mas es corcobadilla y muy pequeña de cuerpo, pero tiene todas las otras partes, porque es muy discreta. Tiene Doña Maria otra hermana que se llama Doña Elvira que fue dama de la Reyna de Francia, muger de 34 años. Esta tiene la lengua española, mas muy estropajosa por tenella tal de naturaleza y esta desconfiada de casarse, assi por la edad, como porque no es muy hermosa de rostro; es muger simple y de poco saber, pero muy buena y mansueta. Si esta se quisiese poner tocas es muger que no daria pesadumbre. Tiene la misma Doña Maria otra hija viuda que fue casada con Rossemburg. Sera muger de 29 años. Esta sustenta la grandeza de su marido que tuvo en este Reyno, que esto haze ella muy bien. Tiene mas Doña Maria otras dos hijas, la mayor de las quales se llama Doña Francisca que sera de 26 años que esta estima en mucho porque es muy hermosa y discreta con todas las partes y calidades que una muger de sus prendas ha de tener; creo yo que su madre y hermanas tienen ojo de cassalla lo mejor que pudieren y no creo que les pesaria de vella bien casada en España. La otra se llama Doña Viviana que tiene las mismas calidades que la Doña Francisca mas esta tiene la de Rossemburg y puestos los ojos de casarla con un hijo de Noyanz que es burgaravio deste Reyno y el mejor casamiento que ay en el. Ay mas en casa de Doña Maria una nuera suya que tambien se llama Doña Maria hija que fue de Don Juan Manrique, su hermano, que es muger muy cuerda y muy discreta y que tambien tiene las lenguas y es muy a proposito para acompañamiento. Ay mas en esta corte que entienda la lengua española, la muger de Rumff que ha sido dama de la Emperatriz. Otras mugeres de calidad no las ay en toda ella y en Ungria yo no conozco ninguna que sepa la lengua ni tenga calidad si no es la señora que llaman de Cam, ungara de nacion y dama que fue de la Emperatriz y grande favorecida de la Reyna de Francia y tambien lo es

de la Archiduquesa Maria y la que haze todas sus cosas en Austria. En Moravia ay dos Bercas hermanas emtrambas fueron damas de la Emperatriz; la una es viuda que fue muger del Conde Gaspar de Lodron, que conosco Vuestra Magestad, que fue con la Reyna Ana; la otra es casada con Tovar que es nieto de español. En Histiria y Carintia yo no se ninguna ni tampoco se de que personas piensa servirse para embiar con su hija, la qual me dizen que no habla sino aleman y entiende alguna palabra italiana y algunas latinas, y assi creo que sera forçoso que vayan algunas personas que sepan la alemana. Sigismundo de Dratrstayn, hermano de Maximiliano, se ha cassado con dama de la Archiduquesa que es de Baviera y de casa de Parn que son decendientes de Cam de la Escala que fue señor de Virona. Esta ha criado la Archiduquesa con sus hijas, haziendola comer con ellas; no entiende sino la lengua alemana, mas es un bendita y la mas humilde muger que puede ser, y por quien se podria encaminar y dezir todo lo que se quisiese, aunque para esto seria menester valerse de su marido que tiene la lengua española y es tan criado de Vuestra Magestad como lo ha sido y es toda su casa y creo que tambien sera necessario que el confessor sea tudesco y aquella casa siempre ha acostumbrado a confessarse con jesuytas y destos ay muy buenos en Alemania. No se me ofresce que dezir a Vuestra Magestad otra cosa acerca de las personas porque con lo nombrado he discurrido de todo quanto ay en Alemania. Solo dire que las nombradas de en casa de Doña Maria no solo saben la lengua de España, mas saben el lenguaje de palacio, como si se criaran en el de Vuestra Magestad, porque se han criado en el de la Emperatriz y para dezir a Vuestra Magestad todas las personas que yo conozco que sepan esta lengua, digo que ay en Milan una que llaman Doña Leonor de Guzman que fue de la camara de la Emperatriz y muger de Juan Sarabia de la Riba y despues de Geronimo Cabrino entrambos ayudas de camara del Emperador que tambien es muerto, al ultimo del qual le quedan un hijo niño y 3 niñas y del primero uno que sera de 17 años que lo crio en mi casa que, por ser sin vicio y tener las lenguas, podria ser que fuesse a proposito para servir a Su Alteza de lo que sirvio su padre al Emperador para exercitarse en la lengua alemana si acaso quisiese Su Alteza aprenderla. Su madre es española y habla muy bien la lengua alemana y sabe el servicio de palacio. Todo esto que es lo que yo puedo dezir de aca, he querido escribir a Vuestra Magestad tan larga y menudamente para que mejor se pueda resolver en lo que fuere servido. Añadir solo que el camino de Graz a Milan sera 10 ó 12 jornadas y no se si quatro o cinco por los mismos estados del Archiduque, y no se si avran de ser mas por la mucha gente de acompañamiento, pero esto se sabra mejor por las jornadas que hizo la Emperatriz que hizo este viaje. En el dote no trato porque creo que ya sabe Vuestra Magestad que no les dexo su padre mas de 40 mil florines a cada una. Guarde Nuestro Señor etcetera. De Praga a 20 de Março 1596.

*In dorso:* Praga. A Su Magestad. Descifrada.  
Don Guillen de Sant Clemente a 20 de Março 1596.  
Casamiento.

a)-b) *in margine*



Pragae, 30.IV.1596.

*Guillen de San Clemente  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de commissione data baroni Popel cum Moscovitis et Polonis tractandi.  
(Hisp., relatio ex cryptogr.)  
A. G. S. Estado, Leg. 703, s.f.*

Praga.

Don Guillen de Sant Clemente a 30 de Abril 1596.

Señor.

Como en otra he dicho a Vuestra Magestad hasta agora por parte del Emperador no me han hablado en lo de las ligas que piensan tratar con Moscovitas y Polacos; para la primera tienen nombrado a un hermano del Varon Esdenco Popel, que Vuestra Magestad conoce el qual no ha aceptado aun la comission y, por presto que la acepte, no sera possible que este año sea de ningun efecto. Yo he dicho (como en otra escribo a Vuestra Magestad) al Emperador y a sus ministros (que muchas vezes me han preguntado si ha llegado el poder de Vuestra Magestad) que como ha de venir poder general en materia de ligas, si no dizen lo que quieren o lo que pretenden; el mismo inconveniente sera en estotra platica de liga de Polonia que anda mas caliente porque ninguno se coligara con el Emperador que no entre Vuestra Magestad en ella; en esta de los Polacos esta tan embarcado el Papa que ha nombrado para legado al Cardenal Gaetano como Vuestra Magestad debe de saber. Sobre estas cosas han passado muchas diferencias entre Monseñor Malespina, que esta Nuncio en Polonia y el Obispo de Cremona porque el primero ha facilitado siempre esta liga y mostrado grande voluntad a los Polacos de entrar en ella y dado la culpa al Emperador de no haverse concluydo; el Obispo de Cremona ha representado siempre lo contrario y han passado tantas cosas entre ellos que seria cansar a Vuestra Magestad en contarselas; solo dire que el Papa esta tan tierno con los Polacos y tan persuadido que la mayor parte del remedio de aca consiste en esta liga que hasta agora no ha declarado que socorros quiere dar al Emperador, esperando lo que resultara desta tratacion porque los Polacos que para resolverse si entraran o no en liga con el Emperador han juntado una dieta en Barsobia donde tiene sus Embaxadores el Emperador dizen que han resuelto de entrar ya en liga debaxo de algunas condiciones y las que ya declaran son que renuncia el Rey Maximiliano a la election que en el se hizo de Rey de Polonia y que les ayan de dar 200 mil ducados cada año. Esto entretiene y entreterna quiza la resolucion del Papa hasta que venga el Turco y entonces sera tarde para todo. Yo no me puedo persuadir que esta liga tenga efecto por lo que conozco la condicion de Polacos y se quan interesado esta el Canciller con el Turco en sus pretensiones; lo que se fuere haziendo escrivire a Vuestra Magestad y quando aya ocasion de tratar con los Moscovitas en lo del arresto de las nabes inglesas, hare lo que Vuestra Magestad me manda cuya catolica Persona Nuestro Señor guarde etcetera. De Praga a 30 de Abril 1596.

Despues de escrita esta, han avisado los Embaxadores que el Emperador tiene en la Dieta de Polonia, que los estados della les han propuesto, a mas de las otras condiciones, que quieren que el Emperador les haga entregar al Transilvano la Moldavia que ya no esta a su obediencia por culpa dellos y la Valaquia que esta le obedeze y parte de la Transsilvania que confina con ellos y que daran letras reversales por las quales se obligaran de restituyr estas provincias quando la guerra este acabada, por donde se echa claro de ver el desseo que ellos tienen de concluir la liga y quan engañado ha estado el Papa en pensar otra cosa.

*In dorso:* Praga. A Su Magestad. Descifrada.  
Don Guillen de Sant Clemente a 30 de Abril 1596.  
Recibida a 21 de Junio.  
Lo que ay de liga con Moscobia y Polonia.

N. 79.

*Pragae, 21.X.1596.*

*Guillen de San Clemente  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de Polonia in foedus inducenda; de morte Annae Iagellonicae.  
(Hisp., relatio ex cryptogr.)  
A. G. S. Estado, Leg. 703, s.f.*

Praga.  
Don Guillen de Sant Clemente a 21 de Octubre 1596.  
Señor.

He rescibido juntas nueve cartas de Vuestra Magestad las 7 de 15 de Julio y las dos de 29 del mismo, con las respuestas que Vuestra Magestad mando dar al Nuncio apostolico y al Embaxador cessareo; a algunas dellas respondere en esta y a las demas en cartas particulares.

El Emperador queda muy agradescido assi por los socorros que Vuestra Magestad le ha dado para la guerra de Ungría en dinero, como por la armada que ha mandado salir al mar Mediterraneo, y tambien lo esta de los que ha hecho con el Transilvano y de lo que ha mandado escribir al Legado a Polonia y particularmente lo esta de lo que mando responder al Papa, de lo que toca al salir en persona a la guerra y al acudir a la religion y tambien le he dicho todo lo que Vuestra Magestad mando responder a <sup>a)</sup> Kevenhiler que de lo uno y de lo otro tenia ya aviso, y hize toda la fuerça possible para que ataje todos los designios del Principe de Bearnes con nombrar un Rey de Romanos y tanto mas alce la voz en esta platica quanto la veo mas olvidada y continuare esta misma diligencia de aqui adelante por començarse a dezir que este verano se ha de hazer una junta o dieta imperial de todo quanto se dize al Emperador de parte de Vuestra Magestad se muestra muy agradescido y besa a Vuestra Magestad las manos por lo que como padre con obras y consejo le socorre. La carta para el Legado se le embio, pero ya esta casi rota del todo aquella platica porque los Polacos nunca tuvieron pen-

samiento de concluyr aquella liga segun se ve en las dificultades que han puesto en ella y siempre ha sido su intento de salirse de la platica con culpa del Emperador; mas el Papa ha estado tan engañado que siempre ha pensado otra cosa; si el Legado passare a su buelta para Roma por esta corte, (como lo creo) le servire porque entienda lo que Vuestra Magestad estima su persona.

La liga de Moscovia no creo que sera nada; cada dia ha de partir (y nunca acava) un cavallero selessio que se llama de Dan que lleva un pressente muy bueno, que el Emperador le embia, de reloxes <sup>z)</sup> cavallos y otras cosas para tenelle grato que es lo que agora parece que se puede hazer en lo de franquicia del Conde de Francamburg se terna mucha quenta más yo tengo poca esperança que venga en ello por mas que les hable cada dia con palabras y con exemplos porque vino debaxo de los limites que Vuestra Magestad me ha mandado.

. . . . .  
Y tambien escrivi como avia muerto la Reyna vieja de Polonia y agora digo como la Reyna moça ha parido una hija.  
. . . . .

a) *hic verbum non legitur.*  
z) *sic in ms.*

N. 80.

Varsaviae, 10.V.1596.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de prole sibi nata.*

*(Lat., orig., sigil. vest.)*

*A. G. S. Estado, Leg. 703, s.f.*

Serenissimo Principi Domino Philippo, Dei gracia Hispaniarum Catholico ac utriusque Syciliae, Hierusalem, Ungariae, Dalmatiae, Croatiae Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Lotaringiae, Brabantiae et caetera, Comiti Hasburgi, Flandriae, Thyrolis et caetera, affini et amico nostro carissimo, Sigismundus Tertius, Dei gracia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque et caetera, nec non Suecorum, Gothorum, Vandalorumque haereditarius Rex, salutem et mutui amoris continuum incrementum.

Serenissime Princeps, affinis et amice carissime. Cum eximia benignitate divina felici Serenissimae coniugis nostrae partu nova iterum prole aucti essemus, non ommittendum putavimus, quin vel per literas, quandoquidem longinquitas viae legationem tam angusto tempore mitti non patitur, id Serenitati Vestrae significarem, ac amanter ab ea peteremus, ut sanguinis communione coniunctum sibi infantem spirituali quoque illa coniunctione velit astringere, ac aliquem designet, qui Serenitatis Vestrae nomine eum e sacro baptismatis fonte tollat. Dies autem baptizando

infanti est ultima mensis septembris a nobis constituta. Benevolentiam certi erga nos Serenissimamque nostram coniugem Serenitas Vestra eximie testabitur, ac eo nomine pariter nos habebit obligatos. Quam diu felicissime valere Regnaque sua felicissime gubernare ex animo cupimus. Datum Varsoviae, die X mensis Maii, anno MDXCVI<sup>o</sup>, Regnorum vero nostrorum Poloniae nono, Sueciae tertio.

u) Sigismundus Rex. v)

*In dorso:* Principi Domino Philippo, Dei gratia Hispaniarum Catholico ac utriusque Siciliae, Hierusalem, Ungariae, Dalmatiae, Croatiae Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Lotaringiae, Brabantiae, Comiti Habsburgi, Flandriae, Tyrolis et caetera, affini et amico carissimo.

*Alia manu:* Varsoviae. A Su Magestad. 1596.

El Rey de Polonia a 10 de Mayo.

Recibida a fin de Julio.

Convidandole al baptismo de su hijo.

Respondiosele en todo a 11 de Agosto.

u)-v) *manu propria.*

N. 81.

Matriti, 28.VII.1596.

*Patriarcha Alexandrinus, [Henricus] Caetani ad Philippum II regem Hispaniae; nomine regis Poloniae rogat, ut Philippus nascituram prolem e fonte baptismali suscipiat.*

*(Ital., orig., sigil.)*

*A. G. S. Estado, Leg. 703, s.f.*

Signore.

Trovandosi la Regina di Polonia vicina al parto et desiderando insieme col Re suo marito che il parto che nascerà sia tenuto a Battesimo in nome di Vostra Maestà, et della Signora Imperatrice, hanno notificato questo desiderio loro per lettere et si sono valse del mezzo di Sua Santità, la quale mi commanda che presenti l'inclusa a Vostra Maestà, et procuri presta risoluzione et risposta perchè il tempo è breve et non si vorrebbe differire il Battesimo per li pericoli che possono occorrere. Supplico Vostra Maestà che si degni farmi sapere la sua volontà et quando sia contenta de compiacere questi Principi mandar l'ordine quanto prima a chi doverà intervenire in questo atto; et bassiandole riverentemente le mani, prego il Signore che le conceda felicità et salute. Di Madrid a dì XXVIII di Luglio 1596.

Di Vostra Sacra Catolica Reale Maestà  
devotissimo et obligatissimo servitore

Caetani, patriarcha d'Alexandria, Nuncio.

*In dorso:* Alla Sacra Catolica Real Maestà del Nuncio con una carta del Rey de Polonia.

*Manu propria Philippi II.* Esto que vean mañana en consejo y lo que sera bien que se responda a la del Rey.

*Alia manu.* Madrid. A Su Magestad. 1596.  
El Nuncio de Su Santidad a 28 de Julio.  
Recibida a 29 dél.

N. 82.

Pragae, 2.VI.1597.

*Rudolphus II imperator  
ad Philippum II regem Hispaniae;  
capitula pacis Bytomio-Bendzinensis transmittit confirmanda rataque  
habenda.*

(*Lat., orig., sigil.*)

A. G. S. Estado, Leg. 704, s.f.

Rudolphus Secundus, Divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae et caetera Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae et Wiertembergae et caetera, comes Tirolis et caetera, Serenissimo Principi Domino Philippo Hispaniarum utriusque Siciliae, Hierusalem et caetera, Regi Catholico, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae et caetera, avunculo, sororio et fratri nostro charissimo, salutem ac benevolentiae omnisque felicitatis continuum ac perpetuum incrementum.

Serenissime Princeps, avuncule, sororie et frater charissime. Transactionem illam, quae inter nos ditionesque nostras et inter Serenissimum Poloniae Regem atque ordines anno octuagesimo nono liberandi Serenissimi Maximiliani fratris nostri charissimi causa Bendzini in Poloniae confiniis inita fuit, etiam Augustae domus nostrae Principes literis suis iuxta formulam, praesente Reverendissimo Cardinali Legato, inter utriusque partis Mandatarios conceptam confirmare tenebantur, uti nos ipsi ac patrum nostri fratresque Serenissimi Ernestus et Mathias Archiduces eandem iampridem intra praestitutum tempus confirmavimus. Requirebantur autem, ut eandem Serenitas Vestra, quod iam a principio nos desiderare per Oratorem nostrum Kevenhullerum significavimus, literis etiam suis confirmaret. Quod ut tandem omnino praestetur, cum Poloni diversis modis et quidem proxime per Cardinalem Legatum urgeant, Serenitas Vestra, quid sibi boni publici causa faciendum sit, sciet, formulam vero ipsam his addimus ac quaevis in Serenitatem Vestram benevolentiae nostrae studia constare cupimus. Datum in arce nostra regia Pragae, die secunda mensis Iunii, anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo septimo. Regnorum nostrorum Romani XXII, Hungarici vigesimo quinto et Bohemici itidem vigesimo secundo.

Eiusdem Serenitatis Vestrae  
bonus frater

u) Rudolphus v)

u) Ioannes Barvitius v)

u)-v) *manu propria.*

*Bithomii et Bendzini, 9.III.1589.**Hippolytus Aldobrandini, Guilielmus Orsini de Rosemberg aliique et Hieronymus Rozdrażowski aliique universis.**Transactio pacis.**(Lat., exemplar) \***A. G. S. Estado, Leg. 704, s.f.*

Nos infrascripti nomine Sacratissimi atque Invictissimi Romanorum Imperatoris Rudolphi Secundi nec non Hungariae, Bohemiaeque Regis, Archiducis Austriae et caetera, domini nostri clementissimi universaeque Serenissimae Domus Austriacae Regnorumque Caesareae Maiestatis Hungariae, Bohemiae caeterarumque deputati Commissarii, Guilhelmus Ursinus a Rosemberk domus Rosembergice Gubernator, Eques Aurei Velleris, Sacrae Caesareae Maiestatis intimus consiliarius et supremus Regni Bohemiae Burggravius, Petrus episcopus Iauriensis, Regni Hungariae Cancellarius, Christophorus Poppel, Baro in Lobkowits et Tachau, Sacrae Caesareae Maiestatis Camerarius et supremus Regni Bohemiae camerae Praefectus, Richardus Strain, Baro in Schwarzenaw et Tierstain, Stanislaus Episcopus Olomucensis Princeps Regalis Capellae, Bohemiae comes Zaifridus a Promnicz, Baro in Pless, Soraw et Tribel, Nicolaus Istwanfi de Kisassonfalva, officii Palatinatus Regni Hungariae Locumtenens, Capitaneus Soproniensis, Ioannes Kobenzel, Baro in Prosssek, Ordinis Teutonici Commendator, ex una parte, ex altera vero Nos, Serenissimi Principis et Domini Domini Sigismundi Tertii Regis Poloniae, magni Ducis Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Massoviae, Samogitiae, Livoniae et caetera, nec non commemorati Regni, Magni Ducatus Lithuaniae caeterarumque ditionum eius nomine itidem deputati Commissarii, Hieronimus Comes in Rosdrazew et Bombsdorf, Dei gratia Episcopus Vladislaviensis et Pomeraniae, Ianussius Dux Ostrogiae et Palatinus Volhiniae, Stanislaus Gostomsky de Lezenicze, Palatinus Ravensis, Capitaneus Radomiensis, Christophorus Zienowicz, Palatinus Brzestianensis ac Cziesieriensis et Perepoisiensis Capitaneus, Andreas Opalensky de Bnin. Regni Poloniae supremus Marschalcus et Maioris Poloniae Generalis et Lezgiscensis, Srzemensisque Capitaneus, Ioannes Zamoisky de Zamoscie, Regni Poloniae Supremus Cancellarius ac exercituum Generalis et Belzensis, Mariaburgensis, Derpatensis, Kysziinensis, Grodecensis, Miedzirzecensis, Javorioviensisque Capitaneus.

Significamus praesentibus hisce huius et futuri temporis universis et singulis. Cum Serenissimo Domino nostro Sixto Quinto Summo Pontifice pastoralis muneris memore, atque ingenitae pietatis charitatisque studio in universae Christianae Reipublicae bonum ac quietem propensissimo, maiorumque suorum ac decessorum Summorum Pontificum exemplis permoto, per Legatum suum de latere Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Hippolitum Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyterum Cardinalem Aldobrandinum et Summum Poenitentiarium enixe et summa diligentia id curante, deque amicitia et pace diligentissime Principes nostros appellantes ad controversias et dissensiones, quae inter Principes nostros ditionesque eorum nuper exortae fuerant, componendas, plena et omnium rerum libera cum facultate utrinque legati essemus, nos pro

facultate a Principibus nostris ordinibusque Regnorum et Dominiorum eorum cum generaliter tum specialiter et nominatim in eam rem nobis data commemoratas controversias omnes et quascunque omnino tandem transegisse, composuisse et sustulisse. Etsi enim, quemadmodum in omnibus controversiis accidere solet, non deessent quae in utramque partem diu ancipites dubiosque nos tenerent; cum tamen et incommoda dissensionum, quae ex privatim singulis, tum publice Regnis, Nationibus universis importare solent, et pacis commoda diligentius nobiscum expendissemus, accessisset vero eodem Serenissimi Domini Nostri autoritas, Legati autem ipsius de latere, Illustrissimi et Reverendissimi Domini Cardinalis Aldobrandini summum atque indefessum in concordia hac procuranda studium cum summa prudentia et aequitate coniunctum iis, quae supra demonstratae sunt, causis adducti de omnibus tam controversiis dissensionibusque quam causis earum hisce quae sequuntur conditionibus composuimus, transegimusque. Imprimis cum quemadmodum supra ostensum est, ut in pace omnia florent, ita non modo nullum malum tantum esse possit quod a bello absit, sed ne autor quidem ut aliorum bonorum ita etiam pacis Deus non nisi in pace pie recteque coli possit, cum ob publicam Reipublicae Christianae salutem, tum imprimis nominis Divini gloriam convenit statutumque inter nos est. Ut non solum superioris temporis offensiones suspicionesque et causae offensionum omnes inter Principes nostros, ditionesque et homines earum universos et singulos in perpetuum abolitae et sublatae sint, verum firma etiam sincera et constans pax atque amicitia perpetuis temporibus in posterum inter eosdem colatur observeturque. Cuius quidem rei eo iustiores causas Principes nostros habere arbitrati sumus; quod non solum ditiones et populi utriusque multis iisque antiquissimis foederum cognationis et aliarum necessitudinum vinculis astricti semper inter se fuerint; sed Principes etiam ipsi ut quorum utrinque genus e Jagellonum stirpe promanet, propinqua sanguinis coniunctione devincti inter se sint; ut non minor in mutuo amore pietatis quam in Republica Christiana communis salutis ratio habenda illis sit; cum huiusmodi necessitudo ea sit, ut non solum superiores offensiones omnes abolere debeat, verum sine vituperatione nullam offensionem inter tam coniunctos Principes admittere possit. Condonabunt igitur utrinque tam Caesarea nimirum Maiestas Serenissimaque domus Austriaca quam Serenissimus Poloniae Rex, quae superiore anno inter ipsos et ditiones eorum quomodocunque intercesserunt, primum publicae universae Christianitatis tranquillitati, deinde non minus mutuae etiam necessitudini ac sanguinis coniunctioni, maxime autem Serenissimi Domini Nostri Summi Pontificis auctoritati.

Cum autem omnis haec superioris temporis dissensio ex nominatione, iuribus et institutis Regni Poloniae minus consentanea Serenissimi Principis et Domini Domini Maximiliani, Dei gratia Archiducis Austriae, Ducis Burgundiae et caetera, in proximis comitiis electionis Varsoviae habitis a quibusdam interposita promanavit; cum iis quae supra commemoratae sunt, tum aliis causis ad Reipublicae Christianae Universae salutem et tranquillitatem pertinentibus convenit, conclusumque inter nos est, ut quo et praeterita dissensio et futurae causa materiaque omnis tollatur commemorato titulo et iure, quod quocunque modo pervenisse ad se inde arbitratus fuit, idem Serenissimus Archidux Maximilianus cum alias commemoratas ob causas tum ob communis Reipublicae Christianae, ut ostensum est, quietem et incolumitatem absteineat, et nunquam in posterum utatur. Praeter eum vero Caesarea Maiestas etiam caeterique Se-

renissimi Archiduces nullam unquam controversiam vel hac vel quacun- que alia causa colere seu praetextu, vel Serenissimo Principi ac Do- mino Domino Sigismundo III<sup>o</sup> praesenti Rege Poloniae vel etiam, si, quod Deus avertat, morte eius Regnum vacare contingeret, eidem Regno eun- dem Serenissimum Archiducem Maximilianum vel quemcunque alium quo- cumque tempore per se vel per alios relaturum aut suscitaturum neque id facienti consilium, auxilium, transitum seu favorem quemcunque in eam rem se praebituros praestiturosque spondeant ac promittant. Neque vero in ullam eiusdem Serenissimi Archiducis iniuriam vel contumeliam accipi aut quisquam interpretari id debebit. Quemadmodum enim et ea familia Serenitatem Suam ortam et ea ipsam etiam virtute esse ordines Regni Poloniae libenter agnoscunt, ut quocunque amplissimo Regno dignam eam iudicent neque generis dignitate et virtutis laude ulli secun- dam eam habeant; ita vicissim Serenitatem quoque Suam pro prudentia sua cogitare non dubitant primum Regna non solum ex dignitate cuius- que, sed imprimis etiam Divina voluntate deferri; ideoque magis hanc quam iudicia hominum sibi defuisse; deinde eo aequiore etiam animo id laturam, quod ad illum delatum Regnum videat, qui et Serenitatem Suam tam propinqua sanguinis coniunctione attingat, ex familia autem Jagello- nica optime de Regno Poloniae merita, qui summa cum laude Regno huic praefuerint, non solum avos ac proavos, sed nuper etiam avunculum Do- minum Sigismundum Augustum Regem habuerit. Quam ob causam etsi libera nobilitatis suffragia nulli successioni astricta sint, quod nihilomi- nus ex familia Jagellonica electus Rex sit, pro sua cum eadem familia ne- cessitudine, tanto aequius feret, neque de pristina amicitia, quae intere Serenissimam Domum Austriacam et Regnum Poloniae, Magnum Ducatum Lithuaniae caeterasque ditiones eis coniunctas, ordinesque et homines ea- rum semper fuit, quicquam vel Serenitas eius et Serenissima Domus ip- sius ob id remittet, maxime vero si, quod diutissime Deus sustinere velit, Regnum iterum vacare contingat, in libertate electionis commemoratos ordines nullo modo impedit, neque vel armis ac vi vel largitionibus seu factionibus quicquam contra eandem libertatem faciet aut suscipiet, dolo ac fraude omni remotis.

De Luboulia deinde hunc in modum convenit, in primis ut castrum id cum oppidis villisque ad id pertinentibus, quemad- modum in iussu Caesareae Maiestatis ac praeter voluntatem eius occu- patum est, ita in pristinum usum et possessionem Regni Poloniae, que- madmodum a tot saeculis quiete ac sine ulla controversia id in ea pos- sessione atque usu fuit, iterum tradatur consigneturque; suppellex item reliquumque instrumentum omne, maxime autem tormenta tam minora quam maiora omnia, quae in castro eo cum occuparetur extiterunt, bona fide restituantur, unaque cum ipso castro tradantur. Ad possessionem au- tem eam accipiendam utriusque partis consensu dies vigesimus primus mensis Iulii praefinitus et acceptus est. Ad quem Regia Maiestas Poloniae qui eam postulent et accipiant homines suos mittet, ii vero qui in arce erunt, sine ulla mora, quemadmodum supra convenit, cum omni suppel- lectili et instrumento, quod ante in eo fuit, vacuum possessionem eius tradere debebunt.

Cumque ut non solum dissensiones et controversiae omnes sopiantur, verum pristina etiam amicitia atque benevolentia utrin- que restituatur, actum inter nos fuerit, ut pacta et foedera, quae ab ali- quot saeculis utrisque Regnis et ditionibus intercesserunt, ea forma quae ex utriusque nostrum consilio et sententia scripto comprehensa iam est,



ab utrisque Principibus et eorundem ordinibus iterum renovetur confirmeturque, placuit convenitque. Quibus quidem rebus cum pristina amicitia atque benevolentia integre conciliata, restituta ac redintegrata utrinque esse debeat, promittimus pro eo spondemusque.

Nos quidem suprascripti Caesareae Maiestatis et Universae Serenissimae domus Austriae Commissarii cum memoratae Caesareae Maiestatis ceterorumque Serenissimorum Austriacorum Principum omnium tum maxime Serenissimi Maximiliani Archiducis nomine nullam superiorum dissensionum offensionem Maiestatem Serenitatesque Suas retenturas, eandem nullo unquam tempore renovaturas, constantem autem posthac et sinceram cum Regia Maiestate Poloniae ordinibusque amicitiam et benevolentiam conservaturas; neque vi aut armis vel per se vel per submissas personas quocumque tempore vel quacumque ex causa, colore seu praetextu Regnum Poloniae, Magnum Ducatum Lithuaniae, Russiam, Prussiam, Masoviam, Samogitiam, Livoniam caeterasque ditones vel arces, oppida, villas hominesve Serenissimi Poloniae Regis aut propinquorum, sociorum, vel adhaerentium ipsius infestaturas, vim aut iniuriam ullam illaturas, factiones aut partes contra easdem et in iisdem futuras alturasve; ab iisdem proscriptos aut exules recepturas habiturasve; neque aliis id facientibus ullum consilium, auxilium, transitum aut quemcumque denique favorem accommodaturas, verum omnia, quae transactione hac, pactis perpetuis ac foedere comprehenduntur, diligentissime observaturas. Similiter vero nos, Serenissimi Poloniae Regis suprascripti Commissarii, eiusdem Maiestatis Suae ordinumque eius nomine vicissim recipimus, promittimus, spondemusque nullo unquam tempore eorum, quae ante procunqve modo intercesserunt, offensionem Serenissimum Poloniae Regem aut ordines retenturos, eandem per quamcunque occasionem renovaturos, sed constantem posthac et sinceram cum Caesarea Maiestate universaque Serenissima domo Austriaca in eaque Serenissimo Archiduce Maximiliano Regnisque, ditionibus et ordinibus eorundem amicitiam et benevolentiam conservaturos, neque ipsam Maiestatem Suam ordinesque seu homines eius quocumque vi aut armis vel per se, vel per submissas personas, quocumque tempore, vel quacumque ex causa, colore seu praetextu, Regna Hungariae vel Bohemiae, Austriam, Moraviam, Silesiam vel quascumque alia commemoratorum Serenissimorum Principum dominia, ditones, arces, oppida, villas vel homines aut propinquorum, sociorum vel adhaerentium ipsorum infestaturos; vim aut iniuriam ullam iisdem allaturos, factiones, seu partes ullas contra eosdem et in iisdem proscriptos aut exules recepturos habiturosve neque aliis id facientibus ullum consilium, auxilium, transitum, aut quemcumque denique favorem accommodaturos, sed omnia, quae transactione hac pactis perpetuis ac foedere comprehenduntur, diligentissime observaturos.

Quo firmiora vero omnia haec sint, convenit transactumque inter nos est, ut Serenissimus Poloniae Rex Legatum suum ad Caesaream Maiestatem caeterosque Serenissimos Archiduces intra diem vigesimum mensis Aprilis in aulam Caesareae Maiestatis prior mittat. Qui quidem imprimis ut Caesarea Maiestas offensiones omnes, quae superiori anno inter Caesaream Maiestatem Suam eiusque inclytam domum Austriacam et inclytum Poloniae Regnum quomodocumque utrinque intercesserunt, publicae tranquillitati et paci, tum Serenissimi Domini nostri auctoritati condonet, rogabit Serenissimique Regis sui nomine paratam Maiestatem Suam Regiam esse offeret, quae in transactione continentur

convenerintque singula, confirmare et praestare Caesarea Maiestas in eiusdem Serenissimi Domini Nostri gratiam et publicae Christianitatis salutis causa, paci huiusmodi et petitioni annuet; deinde vero ipsa quoque inter diem decimum quintum mensis Maii similiter legatum suum ad Serenissimum Poloniae Regem mittet; per quem gratam sibi legationem eius fuisse, et quae ex oratore eius intellexerit, reliqua ostendet; etsi quae Sacrae Maiestati Caesareae in benevolentiae atque amicitiae testimonium videbuntur alia.

Eodem deinde legato praesente, primum Serenissimus Rex Poloniae sequenti forma iuramentum praestabit: Ego Sigismundus Tertius, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae et caetera, iuro, spondeo promittoque coram Deo, per haec sancta eius Evangelia, quod omnia ea, quae Sanctissimi Domini Nostri Legatique eius de latere Reverendissimi Cardinalis Aldobrandini interventu inter Commissarios meos ex una et Caesareae Maiestatis universaeque Serenissimae domus Austriacae parte ex altera, Bithomiae et Bendzini congregatos convenerunt, in omnibus eorum punctis et clausulis firmiter inviolabiliterque observabo, iisque satis faciam pro eoque cum Caesarea Maiestate, Serenissimis fratribus et patruis eius universaque Serenissima domo Austriaca, Regnis, ditionibus et hominibus eorundem iuxta eandem transactionem pacta paterna <sup>2)</sup>

ac foedus, pacem amicitiamque perpetuo constanterque colam. Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia.

Secundum Regiam deinde Maiestatem eius ordines Regni Poloniae, Magni Ducatus Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae et caetera, seu omnium ordinum nomine proceres ad hoc in comitiis nominati et sufficiente in eam rem mandato instructi, sequentibus itidem verbis iurabunt: Nos N.N. iuramus spondemusque coram Deo omnium Regni Nostri ordinum nomine, quod omnia ea, quae inter Sacrae Caesareae Maiestatis caeterorumque Serenissimorum Principum Austriacorum et caetera, Commissarios ex una et Serenissimi Principis et Domini Domini Sigismundi Tertii, Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae, Russiae, Prussiae et caetera, parte ex altera, ordinumque Regnorum et dominiorum utriusque partis Bithomiae et Bendzini congregatos convenerunt, firmiter inviolabiliterque observabimus; ordinesque universi in perpetuum observabunt. Serenissimis Principibus nostris ut observent, autores semper erimus neque ut aliter fiat, assensum, consilium aut auxilium nostrum unquam praestabimus. Sed eandem transactionem et pacta omnibus viribus tuebimur, ordinesque universi perpetuis temporibus tuebuntur. Sic nos Deus adiuvet, et haec sancta eius Evangelia.

Quae cum ad eum modum perfecta fuerint, mittet deinde intra diem decimum quintum mensis Iunii ad Caesaream Maiestatem caeterosque Serenissimos Archiduces in aula Maiestatis Suae, ut per se aut per legatos suos existentes alterum legatum suum Serenissimum Poloniae Rex. Qui imprimis transactionem hanc tum iuramenta tam eiusdem Serenissimi Regis quam ordinum supra commemoratorum, ab ipso Serenissimo Rege Poloniae, ordinibusque Regni Poloniae, Magni Ducatus Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae et caetera, subscripta, sigillisque eorundem munita, Caesareae Maiestati tradet; utque transactionem hanc ipsa quoque et caeteri Serenissimi Archiduces patrum et fratres Maiestatis Suae similiter confirment, confirmatamque subscriptionibus et sigillis cum suis tum ordinum seu omnium ordinum nomine praecipuorum procerum edant. Iuramentum autem in eandem cum Caesarea Maiestas tum ordines Regnorum ditionumque eius similiter praestent. Iuramenta quoque eadem Caesa-

reum a Caesarea Maiestate et ordinibus, ordinum autem ab ipsis proceribus subscripta et signata sibi tradantur postulabit.

Qua legatione exposita Caesarea Maiestas eodem legato praesente in haec itidem verba iuramentum praestabit: Rudolphus Secundus, Dei gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus et caetera. Iuro spondeoque ac promitto coram Deo, per haec sancta eius Evangelia, quod omnia ea, quae Sanctissimi Domini Nostri et caetera, et Legati eius de latere, Reverendissimi Cardinalis Aldobrandini interventu, inter Commissarios meos caeterorumque Serenissimorum Principum patruorum ac fratrum meorum ex una, et Serenissimi Principis Domini Sigismundi Tertii, Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae et caetera, parte ex altera, Bithomiae et Bendzini congregatos convenerunt, in omnibus eorum punctis et clausulis firmiter inviolabiliterque observabo, iisque satisfaciam, pacem et amicitiam cum eodem Serenissimo Principe Regnoque Poloniae, Magno Ducatu Lithuaniae, caeterisque coniunctis provinciis et ditionibus iuxta eandem transactionem, pacta perpetua ac foedus perpetuo constanterque colam. Sic me Deus adiuvet, et haec sancta eius Evangelia.

Eodem deinde modo Regnorum etiam ditionumque Caesareae Maiestatis Ungariae, Bohemiae, Austriae, Moraviae, Silesiae et caetera, ordines, seu omnium ordinum nomine proceres ad id nominati, et sufficiente in eam rem mandato instructi iisdem verbis et forma, quae supra Polonicis ordinibus praescripta est, eodem itidem legato praesente iuramentum praestabunt. Iuramentaque et transactio haec ita, quemadmodum supra ostensum est, a Caesarea Maiestate, Serenissimis Archiducibus patris et fratris Caesareae Maiestatis ordinibusque Regnorum et ditionum Caesareae Maiestatis subscripta et confirmata, commemorato Regiae Maiestatis Poloniae oratori tradentur.

Idem vero legatus pactorum quoque secundum eam formulam, quae ex communi consilio ac sententia scripto a nobis comprehensa est, confirmationem simul a Caesarea Maiestate petet, et cum eiusdem Caesareae Maiestatis eorundem pactorum confirmationem ad Serenissimum Regem Poloniae deferret, tum Serenissimi Poloniae Regis apud Caesaream Maiestatem relinquet.

Vicissim vero debet Serenissimus Princeps et Dominus, Dominus Maximilianus Archidux Austriae et caetera, Hroldo, quo in loco nunc est ad diem decimum sextum mensis Iulii movere, ac quam honorificentissime Biczinum vel, si ita Serenitati Suae videbitur, Bithomiam cura Serenissimae Regiae Maiestatis ad diem vigesimum octavum mensis Iulii deduci; quemadmodum quidem nos eiusdem Maiestatis Suae superscripti Commissarii id ita futurum cum Maiestatis Suae ordinumque tum nostro nomine promittimus. Priusquam etiam Serenissimus Archidux Maximilianus e Regno proficiscatur, Serenissimus Poloniae Rex ipse eum invisit; mutuamque benevolentiam ita ei declarabit, ut eam superioris temporis iniuria interruptam magis fuisse quam vel tum etiam illi defuisse, vel in posterum defuturam ostendat; quamque maximam poterit, dignitatis eius rationem libenter habebit. Quam primum vero ultra fines Regni Poloniae, in Caesareae Maiestatis ditionis fines Serenitas Sua pervenerit, imprimis quod nunc quidem Caesarea Maiestas utriusque autem nomine nos Caesareae Maiestatis Commissarii spondemus promittimusque, ipsa quoque transactionem hanc in omnibus suis capitibus et articulis itidem confirmabit; confirmatamque et sua atque aliquot procerum Germanicorum, quos tum

secum habuerit, subscriptionibus et sigillis munitam iis, qui nomine Serenissimi Poloniae Regis eum comittabuntur instrumentumque illius ab eo postulabunt, tradet. Deinde vero iuramentum corporale sequentibus verbis praestabit, idemque similiter a se et aliquot proceribus nationis Germanicae, qui tum circa eum fuerint, signatum subscriptumque dabit: Maximilianus, Dei gratia Archidux Austriae, Dux Burgundiae et caetera. Iuro spondeoque per haec Sancta Dei Evangelia, quod omnia ea, quae Sanctissimi Domini Nostri et caetera, et Legati eius de latere, Reverendissimi Cardinalis Aldobrandini interventu, inter Sacrae Caesareae Maiestatis Domini et fratris mei observandissimi, caeterorumque Serenissimorum Principum Austriacorum Commissarios ex una et Serenissimi Principis Domini Sigismundi Tertii Poloniae Regis, Magni Lithuaniae Ducis et caetera, parte ex altera, Bithomiae et Bendzini congregatos, conveniunt, in omnibus eorum punctis et clausulis firmiter inviolabiliterque observabo, pacem et amicitiam cum eodem Serenissimo Rege Poloniae, Magno Duce Lithuaniae et caetera, Regnoque Poloniae, Magno Ducatu Lithuaniae et caeteris ditionibus eius perpetuo constanterque colam, neque quicquam quod contra eiusdem Serenissimi Regis ditionum hominumve eius, salutem aut quietem sit, suscipiam admittamve, neque vim aliquam inferam aut aliquo modo publice vel occulte molestabo; sed fraterno honore, amore et benevolentia, omnibus in locis perque omnem occasionem eundem Serenissimum Regem prosequar. Sic me Deus adjuvet, et haec Sancta eius Evangelia.

Quo iuramento praestito, tandem iis etiam, quos ex natione Polonica iuramento, fide aut quocunque modo obligatos antea Serenitas Sua habuit, fidem eam, iusiurandum omnemque omnino obligationem remittet, planeque liberos iis pronuntiabit: Reservamus postremo ab hac transactione: Nos quidem, Caesareae Maiestatis et caetera, Commissarii, pro Sua Caesarea Maiestate Domino Nostro Clementissimo universaque Serenissima domo Austriaca, Sanctissimum Dominum Nostrum Papam Sanctamque Sedem Apostolicam nec non Sacrum Romanum Imperium, cui pro ea fide quam illi iureiurando obstrinxit, Caesarea Maiestas, si quis illud iniuria afficere vellet, deesse non posset; praeterea vero Serenissimum ac Potentissimum Principem et Dominum Dominum Phillippum Regem Hispaniarum Catholicum et caetera, Magnum Moscorum Principem, ita tamen, ne propter hanc exceptionem vel contra Serenissimum Regem Regnumque Poloniae, Magnum Ducatum Lithuaniae et caetera, vel contra Serenissimum Sueciae Regem Caesarea Maiestas aut caeteri Serenissimi Archiduces ullum auxilium Moscis dare et hanc transactionem turbare debeant aut possint; ad extremum etiam Turcarum Principem, per praesentes et futuras quoque si quae intercesserint inducias, ita ut isthaec transactio Caesaream Maiestatem contra illum ligare non possit nec debeat.

Vicissim vero nos, Serenissimi Poloniae Regis Commissarii eiusdem Serenissimi Regis Regni, Magni Ducatus Lithuaniae caeterarumque ditionum eius nomine praefatum Sanctissimum Dominum Nostrum Papam, Sanctamque Sedem Apostolicam tum Serenissimum parentem Serenissimi Regis Nostri, Regem Sueciae, Illustrem Sigismundum Principem Transylvaniae necnon pacem quae eidem Serenissimo Regi Nostro cum Turcarum Principe intercedit aut imposterum iuxta pristinam Domini Sigismundi Augusti avunculi eius formulam intercedet, diserte excipimus, reservamusque.

Quae omnia et singula in omnibus suis punctis articulis et clausulis

sancte inviolabiliterque observatum expletumque iri nos, suprascripti utriusque partis Commissarii, cum Principum nostrorum ordinumque ipsorum, tum nostro nomine iam ex hoc ipso tempore sub fide, honore et iuramentis nostris sancte promittimus spondemusque. Maioris autem firmitudinis et fidei causa in primis ut Sanctissimi etiam Domini Nostri de latere Legatus, Illustrissimus ac Reverendissimus in Christo Pater et Dominus, Dominus Cardinalis Aldobrandinus, ut cuius prudentia, studio atque opera, maxime haec res confecta fuit, eandem transactionem hanc subscriberet sigilloque suo muniret, communiter ab Illustrissima Dominatione Sua impetravimus, tum vero duo eiusdem exempla conficienda curavimus singulaque exempla ab omnibus nobis communiter subscripta sigillisque omnium nostrum munita, singulae partes accepimus. Datum Bithomii et Bendzini, die nona mensis Martii anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo nono.

Hippolitus, tituli Sancti Pancratii Presbyter Cardinalis Aldobrandinus, Sanctae Romanae Ecclesiae maior Penitentiarius et Sanctissimi Domini Nostri Sanctaeque Sedis Apostolicae Legatus de latere.

Guilhelmus Ursinus de Rosenberg.

Hieronimus Comes a Rosdrazew, Episcopus Wladislaviensis et Pomeraniae

Petrus Episcopus Iauriensis

Christophorus Baron a Lobkowitz

Ianusius Dux in Ostrog, Palatinus Wolhimiae

Richardus Strein, Baro in Schwarzenaw

Stanislaus Episcopus Olomucensis

Stanislaus Gostom de Lyerzenicze, Palatinus Ravensis, Capitaneus Radomiensis.

Seifridus a Promnitz, Baro in Pless

Christophorus Zienowicz Palatinus Brestensis Magni Ducatus Lithuaniae

Nicolaus Istvanffii

Andreas Opalienzki, Supremus Regni Poloniae Marschalcus

Joannes Kobenzel de Prosech Baro.

Joannes Zamoisky, Regni Poloniae Cancellarius et Generalis Capitaneus.

*In dorso:* Conventio Bendzinensis ex parte Polonorum expedita. Anno 1589.

z) sic in ms., recte: perpetua.

\*) Cfr. E. MAYER, Des Olmützer Bischofes Stanislaus Pawłowski Gesandtschaftsreisen

nach Polen, Kremsier, 1861, Beil. Nr. 31, pp. 450-459. Cfr. etiam *relatio brevis* Elem. XVII, N. 135.

N. 84.

S.l., s.d. [post 2.VI.1597].

[*Philippus II rex Hispaniae*]

*universis;*

*pacem Bithomio-Bendzinensem ratam se habere declarat.*

(*Lat., minuta. Cfr. N. 82, N. 83.*)

*A. G. S. Estado, Leg. 704, s.f.*

Nos N. et caetera. Significamus quorum interest intereritve huius et futuri temporis universis et singulis.

Cum Sanctissimi Domini Nostri Sixti Quinti Summi Pontificis Legatique eius de latere Reverendissimi Domini Hyppolyti, Sanctae Romanae Ecclesiae Praesbyteri Cardinalis Aldobrandini et Summi Poenitentiarum interventu, inter Commissarios Serenissimae domus nostrae Austriae ab una, et Serenissimi Principis Domini Sigismundi Tertii Regis Poloniae ab altera, partibus, Bithomiae et Bendzini congregatos firma, perpetua ac stabilis pax et amicitia inter commemoratam Serenissimam domum nostram, Serenissimum Regem Poloniae atque utriusque a) Regna et ditiones certis conditionibus et legibus constituta esset, nosque transactionem eam, quae a Sacra Caesarea Maiestate Domino et patruale nostro charissimo, iam antea confirmata et nobis praelecta fuit, ad suam Suae Caesareae Maiestatis et Dilectionis requisitionem ex transactionis eiusdem formula pro nostra etiam parte nominatim etiam confirmare, ratam habere debeamus. Nos praesentibus hisce litteris nostris eandem transactionem ad verbum inserendam, confirmandam omnemque auctoritatem et assensum nostrum testimonio adhibendum ei duxisse. Cuius quidem transactionis tenor infrascriptus sequitur.

Nos igitur praedictus N. supra insertam transactionem iam antea a Sacra Caesarea Maiestate Domino et patruale nostro carissimo confirmatam, omniaque et singula eiusdem capita, condiciones, clausulas ad Suae Caesareae Maiestatis et Dilectionis requisitionem confirmamus, approbamus, rata habemus, corroboramus et praesentibus litteris nostris sub verbo ac fide Principis nostro subque onere praestiti iuramenti ad ea nos obligamus. Promittentes spondentesque ea nos et omnia ac singula in eis contenta et expressa inviolabiliter observaturos et adimpleturos et in nullo directe vel indirecte, clam vel aperte, nunquam illis contraventuros, bona fide doloque et fraude semotis. In quorum omnium fidem et evidentius testimonium et praesentes subscriptione et sigilli nostri maioris appensione corroboravimus. Datum et caetera.

*In dorso: Formula transactionis confirmandae.*

a) *in ms. verba repetita.*

N. 85.

*Pragae, 10.I.1597.*

*Guillen de San Clemente  
ad Philippum II regem Hispaniae;  
« el Almirante de Aragon » projectus est ad baptisma filiae Sigismundi III.  
(Hisp., orig., sigil.)  
A. G. S. Estado, Leg. 704, s.f.*

Señor.

Esas cartas me han llegado del Rey de Polonia y aunque el baptismo se hizo 8 dias despues ha querido yr alla el Almirante de Aragon, por cumplir enteramente con el mandato y instruccion del Serenissimo Cardenal Archiduque, y assi a esta ora creo que havra llegado a Cracovia. Dios guarde a Vuestra Magestad como la Christiandad ha menester. De Praga, X de Enero de 1597.

u) Don Guillen de Sant Clemente v)

*In dorso:* Al Rey nuestro Señor.

En manos de Don Martin de Idiaquez, su Secretario de Estado.

*Alia manu:* Praga. A Su Magestad. 1597.

Don Guillen de Sant Clemente, a 10 de Enero.

Recibida a 28 de Hebrero.

Con unas cartas del Rey de Polonia.

u)-v) *manu propria.*

N. 86.

Varsaviae, 22.X.1596.

*Sigismundus III rex Poloniae*

*ad Philippum II regem Hispaniae;*

*nuntiat cardinalem legatum [Henricum] Caetani munere patrini functum esse.*

*(Lat., orig., sigil. vest.)*

*A. G. S. Estado, Leg. 704, s.f.*

Serenissimo Principi Domino Philippo Hispaniarum Catholico ac utriusque Siciliae, Hierusalem, Ungariae, Dalmatiae, Croatiae Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Lotharingiae, Brabantiae, Comiti Habsburgi, Flandriae, Tyrolis et caetera, amico et cognato nostro charissimo, Sigismundus III, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque, nec non Suecorum, Gothorum Vandalorumque Rex salutem et fraterni amoris atque omnis felicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, Domine, amice et cognate noster charissime. Etsi nihil vidissemus optatius quam ut Maiestas Vestra nata nobis filiola de sacro baptismi fonte levanda suum nobis compatri (ad quod superioribus litteris Maiestatem Vestram invitaveramus) praestitisset officium, tamen cum nos ita tulerit, ut ob eius teneritudinem baptismus accelerandus videretur, non differendum plane, quin quam primum sacro baptismo ea tingeretur ac tempus destinatum anteverteretur, censuimus. Qua in re Illustris ac Reverendissimus Dominus Cardinalis Caetanus, Sanctissimi Domini Nostri apud nos agens de latere Legatus, Maiestatis Vestrae obiit partes, eamque infantulam e baptismo levavit. Ac de Maiestate quidem Vestra illud nobis certe persuademus eam, ut libenter nobis hoc tam pium et christianum officium declaraturam fuisse, ita quoque hanc laetitiam et augustae sobolis propagationem nobis vere et ex animo gratulari. Cuius erga nos tam propensum animum et voluntatem cum lubenter amplectimur tum omnibus vicissim benevolentiae officiis referre studebimus. Quam bene ac feliciter valere cupimus. Datum Varsaviae, die XXII mensis Octobris anno Domini M.D.XCVI, Regnorum nostrorum Poloniae nono, Sueciae vero anno tertio.

u) Sigismundus rex v)

*In dorso:* Domino Philippo Hispaniarum Catholico ac utriusque Siciliae, Hierusalem, Ungariae, Dalmatiae, Croatiae regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Lotharingiae, Brabantiae, Comiti Habsburgi, Flandriae, Tyrolis et caetera, amico et cognato nostro charissimo <sup>a)</sup>.

*Alia manu:* Varsovia. A Su Magestad. 1596.

El Rey de Polonia a 22 de Octubre.

Da cuenta de la causa que le hizo anticipar el bautismo de su hija que fue su flaqueza; y que el Cardenal legado hizo el officio por Su Magestad creyendo lo terna por bien.

a) *in ms. aliqua verba vix leguntur.*

u)-v) *manu propria.*

N. 87.

*Pragae, 18.III.1597.*

*Guillen de San Clemente  
ad Martinum Idiaquez  
de reditu praelecti classis Aragoniae (Almirante de Aragon) ex Polonia.  
(Hisp., orig., sigil.)  
A. G. S. Estado, Leg. 704, s.f.*

Ya tengo avisado a Vuestra Merced como recivi el credito de los 14 mil escudos el qual llego a tiempo que no havia ya tras que parar y a Vuestra Merced beso las manos por el cuydado que ha tenido de sollicitarlo y por la merced que siempre me haze en todas mis cosas. El Almirante de Aragon llego aqui anoche de buelta de Polonia y de camino para Flandes. Si se viere con el Emperador y tratare algo lo avisare despues. En lo demas me limito a las cartas que seran con esta y ruego a Dios guarde a Vuestra Merced como yo desseo. De Praga 18 de Março 1597.

u) Don Guillen de Sant Clemente v)

*In dorso:* A Don Martin de Idiaquez del Consejo del Rey nuestro Señor y su Secretario de Estado.

u)-v) *manu propria.*

N. 88.

*Pragae, 5.V.1597.*

*Guillen de San Clemente  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de « Almirante de Aragon » felici successu in Polonia.  
(Hisp., orig., sigil. vest.)  
A. G. S. Estado, Leg. 704, s.f.*

Señor.

No se ofrece que avisar a Vuestra Magestad ninguna cosa de Alemania porque no se yo que aya en ella alguna de momento, solo puedo



dezir que el Cardenal de Baviera me solicita mucho por las buenas esperanzas que le di de la merced que Vuestra Magestad le ha de hazer en conformidad de lo que Vuestra Magestad me escrivio el año passado y tambien el Principe su hermano desea saver por carta particular que a Vuestra Magestad le aya sido acceta la reliquia de Santa Leocadia que el Padre Fray Francisco de Quintana llevo a Vuestra Magestad a quien suplico que le mande responder por sacalle de la sospecha que creo que tiene de que yo me he quedado con esta reliquia.

El Emperador ha dado un decreto muy favorable a instancia de las ciudades de la Liga Hanseatica contra la Reyna de Inglaterra. La sustancia del qual aun no se ha podido alcançar mas a su tiempo la escrivire a Vuestra Magestad que creo yo que sera bandir a los Ingleses del Imperio por los agravios que en Inglatierra se hazen a los mercaderes Hanseaticos en el comercio de los paños, cosa que ha muchos años que yo la he procurado y hala concluydo la buena maña y destreza del Almirante de Aragon que vino muy encargado de Flandes desto negocio en que se ha hecho por parte de Vuestra Magestad gran favor a las dichas ciudades, cuyo Syndico que esta en esta corte queda muy agradecido y contento. Ha ayudado mucho a la resolucion que se ha tomado en este decreto la que los Polacos tomaron contra Holandeses y Ingleses a instancia del Almirante, lo que mas particularmente sabra Vuestra Magestad por las cartas que en esta negociacion escrivira de Flandes el Serenissimo Archiduque Alberto y yo solo dire que ha sido de tanto provecho la venida del Almirante en Alemaña y su yda a Poloña que en entrambos cabos con su prudencia y buen proceder en los negocios ha honrado la Nacion española y a los ministros de Vuestra Magestad y queda con tanto credito en Poloña quanto ningun estrangero que aya ydo en aquel Reyno todo el qual quedo admirado alabando la justicia de España porque consintio y aun insto que conforme a las leyes del Reyno se juzgasse y executasse la sentencia que se dio a un sobrestante de su cavalleriza porque mato a un moço de cavallos de un arcabuço, cosa de mucho exemplo en aquel Reyno en el qual suele ser a vezes mas rigurosa la pena que se da por matar un perro que por matar a un hombre.

El Cardenal Gaetano se ha buuelto a Roma desengañado de la diffcultad que ay en concluirse la liga que Su Santidad ha desseado y no durara tanto este engaño, si los que propussieron esta liga entendieran las dificultades que la ympossibilitavan como los entendio en dos dias el Almirante de Aragon; concluyose la Dieta que para esto se havia juntado en Varsovia y tambien concluyeron ally de confirmar las paces con el Turco, que creo yo que era lo que el Canciller desseava, y no quisieron dar oydos a dos Embaxadores del Tartaro que trahe guerra con el Turco, porque favorece a un hermano suyo que se le quiere levantar con el estado, andan alla las armas encendidas entre estos dos hermanos tartaros y al uno dellos cuyos eran estos Embaxadores favorece el Emperador y anda la cosa entre ellos tan travaja que sera possible que no se pueda servir este año dellos el Turco. Estos Embaxadores tartaros, que he dicho, eran uno de casa Espinola y otro de casa Doria y cattolicos que tales diz <sup>2)</sup> que son los destas casas que quedaron en aquellas partes, desde que Caffa que era de Genoveses se perdio. Guarde Dios la cattolica Persona de Vuestra Magestad como sus humildes Vasallos desseamos. De Praga a 5 de Mayo 1597.

u) Don Guillen de Sant Clemente v)

*In dorso:* Al Rey nuestro Señor.  
En manos de Don Martin de Idiaquez, su Secretario de Estado.

*Alia manu:* Praga. A Su Magestad. 1597.  
Don Guillen de Sant Clemente a 5 de Mayo.  
Recibida a 14 de Junio.

Que el Cardenal de Baviera solicita la merced que espera de Su Magestad, y el Duque su hermano dessea respuesta con aviso del recibo de la reliquia de Santa Leocadia.

El decreto que ha dado el Emperador contra Inglaterra que cree sera vandir los Ingleses del Imperio.

Lo bien que ha procedido el Almirante de Aragon.

Que el Cardenal Legado se havia vuelto a Roma y en la dieta de Varsovia concluyeron de confirmar Polacos las pazes con el Turco.

z) *sic in ms.*

u)-v) *manu propria.*

N. 89.

*Pragae, 2.III.1598.*

*Guillen de San Clemente  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de decessu Annae Austriacae, reginae Poloniae.  
(Hisp., orig., sigil.)  
A. G. S. Estado, Leg. 705, s.f.*

Señor.

A los diez del mes passado murio la Reyna de Polonia de una apostema en el pulmon que la llevo en quatro dias, y porque estava de ocho meses preñada la abrieron y sacaron un hijo varon, el qual en bautizandolo murio, pero dexa otro bivo.

. . . . .

De Praga a 2 de Março 1598.

u) Don Guillen de Sant Clemente v)

*In dorso:* Al Rey nuestro Señor.  
En manos de Don Martin de Idiaquez, su Secretario de Estado.

*Alia manu:* Praga. A Su Magestad. 1598.  
Don Guillen de Sant Clemente a 2 de Março.  
Recivida a 11 de Mayo.  
La muerte de la Reyna de Polonia.

. . . . .

u)-v) *manu propria.*

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de decessu reginae Annae.*

(*Lat., orig., sigil.*)

A. G. S. Estado, Leg. 705, s.f.

Serenissimo Principi Domino Philippo, Dei gratia Castellae, Legionis, Aragonum utriusque Siciliae, Hierusalem, Portugaliae, Navarrae et Indiarum et caetera Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Bravantiae et Mediolani, Comiti Abspurgi, Flandriae, Tyrolis et caetera, amico et cognato nostro charissimo, Sigismundus Tertius, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniaeque et caetera, nec non Suecorum, Gothorum, Vandalorumque haereditarius Rex. Salutem et fraterni amoris atque omnis foelicitatis continuum incrementum.

Serenissime Princeps, amice et cognate noster charissime. Tunc cum nos laetissima prole iam auctos fore sperabamus, amisimus et ipsam Serenissimam desyderatissimamque consortem nostram, nepotem Serenitatis Vestrae, cum incredibili animi nostri moerore IV Idus Februarii. Quae iam proxima partui et per aliquot dies leni quadam invaletudine primum tentata, deinde ita repente nobis fuit erepta, ut non prius morbi quam ipsius mortis in ipsa vim persenserimus, quam et filiolus vivus post obitum matris in lucem illatus et aqua salutari ablutus statim est subsequutus. Cuius in ipso vitae ingressu tam subitus occasus tanto nobis graviozem reddidit hanc praesentem nostram orbitatem et dolorem, quem et Serenitatem Vestram pro iure necessitudinis nostrae et soliti amoris communem nobiscum habituram atque, quod ab ipsa nunc petimus, eandem amicitiam et amorem nobis tum et charissimis liberis nostris perpetuo esse conservaturam certo nobis de illa persuademus. Quae nos bene diuque valere omniaque quam foelicissime semper eidem evenire optamus et cupimus ex animo. Datum Varsaviae III<sup>o</sup> idus Februarii. Anno Domini M<sup>o</sup> D<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup> Regnorum nostrorum Poloniae XI, Sueciae anno IIII<sup>o</sup>.

u) Sigismundus Rex v)

u)-v) *manu propria.*

*Maximilianus archidux  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de praetensione Ordinis Teutonici, quam ad regem regnumque Poloniae  
habet ratione Prussiae et Livoniae.*

(*Lat., orig., sigil. vest.*)

A. G. S. Estado, Leg. 705, s.f.

Serenissime, potentissime Rex ac Domine, Domine, avuncule et sororie carissime et honorande.

Maiestati Vestrae salutem precati, obsequendi studium nostrum promptissimum deferimus, fidemque amice significavimus; cum diu satis multumque a nobis desideratum atque instantissime tum per Sanctissimum Dominum Pontificem Maximum, tum Sacram Caesaream Maiestatem, Dominum ac fratrem nostrum colendissimum, efflagitatum esset, ut transactioni inter Caesaream Maiestatem et Serenissimum Sigismundum Tertium Poloniae Regem nostra caussa in ita etiam nostra ex parte satisfaceremus, quod tandem nos habita ratione publici boni, quod nobis potissimum ob oculos fuit, et fraterni obsequii, cui refragari postremo non decuit, persuaderi nobis passi sumus, atque eam ipsam transactionem hisce diebus iure iurando approbavimus, ita tamen ut praemissa solemnii protestatione de iure ac pretensione Ordinis nostri Teutonici, quod contra Regem et Regnum Poloniae habet ratione Prussiae et Livoniae, nihil concesserimus, quin immo quocumque tempore ac modo et quavis oblata occasione et opportunitate persequendum, nobis salvum et integrum reservaverimus. Quemadmodum Maiestas Vestra haec omnia ab Oratore suo Illustri Don Guilielmo de Santo Clemente, quo cum ista ante communicavimus, prolixius cognoscet. Accessit vero huc et alia caussa, nimirum cum Illustrissimus Transylvaniae Princeps certis de causis Principatu sese abdicaverit, statum vitae saecularis in ecclesiasticum mutaturus, quod Sacra Caesarea Maiestas provinciis illis, quibus non minus vicini quam hostes inhiabant, nos praeficere statuit; id quod commode fieri non poterat, nisi remoto prius imperfectae transactionis polonicae obstaculo. Nunc igitur postquam eius provinciae administrationem, non nostri emolumentum, sed publicae tantum utilitatis caussa suscepimus, quae maiori hoc tempore ob hanc rerum in ea mutationem, quam unquam antea, periculo exposita magisque viribus exhausta est, ideoque validiori praesidio ac defensione indiget, non minus opis et auxilii a Maiestate Vestra nos tanquam agnatus et nepos una cum provincialibus speramus quam ante nos in externum et peregrinum liberaliter collatu ipsimet Transylvani praedicant. Quod cum de Maiestate Vestra nobis certo pollicemur, tum nos excusatos haberi petimus, quod eam hac de re non prius certior fecimus; in caussa fuit, quod nunc demum de ea ipsa nobiscum constitutum sit. De caetero nos Maiestatis Vestrae paternae affectioni obnixè commendamus, quam nobis et Reipublicae Christianae diu incolumem florere et regnare optamus. Datae Praegae, nona Maii, anno nonagesimo octavo.

Maiestatis Vestrae Regiae,  
officiosus nepos et affinis,

u) Maximilianus v).

*In dorso:* Serenissimo Principi Domino Philippo Hispaniarum utriusque Siciliae, Hierusalem et caetera. Regi Catholico, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Brabantiae, Mediolani, Geldriae et caetera, Comitibus Habsburgi, Tyrolis, Flandriae et Arthesiae et caetera, Domino, avunculo et sororio nostro carissimo et honorando.

*Alia manu:* Praga. A Su Magestad. 1598.  
El Archiducque Maximiliano a 9 de Mayo.

u)-v) manu propria.

Viennae, 14.I.1598.

*Maximilianus archidux**ad Ioannem Khevenhüller;**Hannibalis de Capua merita erga domum Austriacam laudat; epistolae eius exemplar transmittit; rogat, ut fratri eius Octavio de Capua honores a Philippo II concedantur.**(Lat., orig., sigil. vest.)**A. G. S. Estado, Leg. 705, s.f.*

Maximilianus, Dei gratia electus Rex Poloniae, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Generalis Magistratus Teuthonici ordinis in Prussia administrator, eiusdemque per Germaniam et Italiam Magister, Comes Tyrolis et caetera.

Spectate et Magnifice, nobis sincere dilecte. Etsi nulla unquam extarent merita sive Illustris Ducum Thermularum de Capua familiae sive ex ea oriundi Reverendissimi Archiepiscopi Neapolitani Hannibalis de Capua pie defuncti, quondam Nuncii Apostolici in Polonia, quae tamen illius erga Augustam Domum nostram et in primis huius erga nos fuere perquam insignia ac perpetua recordatione et recompensatione digna: attamen ipsius Hannibalis vel sola concepta de nobis persuasio, et postrema in nos tam firmiter collocata fiducia, quam ex adiuncto literarum eius exemplo, paulo ante obitum illius ad nos scriptarum, cernis, nos merito impelleret, ut nihil non eius familiaeque tam celebris ac benemeritae causa, vellemus atque praestaremus, quod quidem in nostra potestate situm esse animadverteremus. Nunc vero cum aliud nihil se offerat, quo gratam meritorum memoriam declarem, quam ut pro conferendo gradu aliquo dignitatis in consilio status ac titulo Principis eiusdem defuncti Hannibalis fratri Octavio de Capua apud Serenissimum Regem Catholicum, Dominum, avunculum et affinem nostrum carissimum intercedamus; hoc ipsum illi tanto impensius effectum cupimus, quanto nos isti familiae gratitudinis vinculo obstrictos agnoscimus ipsumque Octavium hoc honore dignum iudicamus. Abs te igitur benigne requirimus, ut quod Maiestatem Suam Regiam per literas unice rogavimus, tua opera interposita efficias, quo et nos intercessionis nostrae effectum et ipse voti sui fructum reportemus. Adiuturam quoque nostro rogatu Serenissimam Imperatricem Dominam, genitricem nostram dilectissimam, cui hac de re etiam scripsimus, non dubitamus. Facturus pro ea qua te semper amplectimur gratia nostra, ac feliciter vale. Datae Viennae, decima quarta die mensis Ianuarii, anno nonagesimo octavo.

u) Maximilianus v).

*In dorso:* Spectato et magnifico, nobis sincere dilecto Iohanni Kevenhüler de Aichelberg, Comiti Frankenbergae ac libero Baroni in Landtschorona, Wernberg et Hohen Osterwicz, Aurei Velleris Equiti, Sacrae Caesareae Maiestatis Cubiculario et caetera, ad Regem Hispaniarum Legato.

u)-v) *manu propria.*

Neapoli, 31.XII.1585.

*Hannibal de Capua  
ad Maximilianum archiducem;  
morti proximus fratrem Octavium de Capua commendat.  
(Lat., exemplar)  
A. G. S. Estado, Leg. 705, s.f.*

Serenissime Princeps.

Extremum vitae spiritum efflanti quantum Serenissimae Maiestatis Vestrae benignitati debeam in mentem mihi venit pro innumeris maximisque beneficiis, quibus me Vestra Serenissima Maiestas afficere dignata est. Quod quidem cum inserviando iam morte prohibear, fatendo saltem mihi persolvendum existimo; fateor igitur beneficia accepta sperans fore, si gratus etiam existimandus est is, qui beneficiorum memoriam colit amore perpetuo, ut non ingratus profecto Serenissimae Vestrae videar Maiestati. De coetero iam moriens commendo Maiestati Vestrae domum fratresque meos et humiliter et efficaciter, Octavium praesertim; hic enim et pro amore ac benevolentia peculiari, qua sum eum persecutus, et pro singularibus quibusdam dotibus et virtutibus dignissimus <sup>a)</sup> est, qui Serenissimae Maiestati Vestrae et sit commendatissimus et inse-  
.... <sup>a)</sup> plenissime praestet, quae in me ab humanis discedente desunt obsequia et studia. Reliquum nunc est, ut novissimis his verbis me humillimum Maiestatis Vestrae servum profitear et declarem, Deum orans atque obsecrans, ut Serenissimae Maiestati Vestrae longam felicissimamque vitam largiatur. Data Neapoli, ultima die 1585.

a) viz legitur ob chartae lacerationem.

Viennae, 15.I.1600.

*Guillen de San Clemente  
ad Philippum III regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de rebus Moldaviae et de Ioanne Zamoyski.  
(Hisp., relatio ex cryptogr. /charta pessime asservata/)  
A. G. S. Estado, Leg. 706, s.f.*

Viena.

Don Guillen de Sant Clemente a 15 de Enero 1600.

Señor.

El Nuncio de Su Santidad se determino de yr a Pilzen y al fin tuvo audiencia del Emperador y de sus diligencias y de algunas que yo he

hecho desde aqui ha resultado que el Nuncio, en carta de 18 deste, y Runfin, en otra de 19, me escriven que ya han ydo los poderes del Emperador a Roma para tratar lo de la liga. Las diligencias mias que yo pienso que han hecho mayor efecto ha sido hazer representar al Emperador que yo temia <sup>a)</sup> y a Vuestra Magestad avian de responder a lo de las ayudas; que en Roma, donde se avia de tratar la liga que proponia Su Santidad, era propio lugar para tratar dello y que quando el Papa veria que Su Magestad Cesarea no se curava tanto de las ayudas que podrian acavar esta guerra con prospero fin quanto de que se avian de distribuyr como lo demas que Vuestra Magestad ha dado hasta agora, no le protestasen alguna cosa que le fuesse de disgusto y aunque pienso que esto ha sido buena parte para que al cabo de 4 meses que ha que esto se trata, imbiassen los poderes, todavia soy de opinion que en el tratado della se descubrira lo poco que aca se dessea esta manera de socorro y hazeme temer esto por mas cierto ver que el Emperador no convoque dieta imperial siendo caso <sup>b)</sup> correlativo de la liga y tambien porque se acabara este año en que estamos el termino de las contribuciones que ultimamente le concedio el Imperio.

El mal de Praga ha afloxado de manera que con poco peligro se puede yr alla como yo lo pienso hazer en curando de un corrimiento que me ha dado en los ojos mas el Emperador no trata de moverse de Pilzen ni ha sido posible poder yo alcançar possada dentro del, ni aun poder yr a besarle las manos.

Lo de Transilvania no esta aun compuesto y tiene sus dificultades porque el Valaco pretende que el Emperador le haga governador della y sabese cierto que tiene tratos con el Turco y el los confiesa, mas quiere que el Emperador crea que lo haze por dissimular con los enemigos y que se descubrira contra ellos quando sea tiempo; querria el imbadir con fuerças de Su Magestad la Moldavia porque Çacarios <sup>1)</sup> que es un polaco que la gobierna con estandarte del Turco es enemigo suyo y dize que conviene echarle de aquella provincia por muchas razones y entre ellas dize que Sigismundo Batori que solia ser Principe de Transilvania que no fue verdad que le prendiesse el Duque de Pruçio como se havia dicho ... <sup>a)</sup> recogido en Moldavia y de alli con el favor del Canciller de Polonia, que es su cuñado, puede inquietar la Transilvania; embrujo es que havra hartas dificultades en aclaralle. Nuestro Señor etcetera. De Viena a 15 de Enero 1600.

*In dorso:* Viena. A Su Magestad. Descifrada.

Don Guillen de Sant Clemente a 15 de Enero 1600.

Recivida a 13 de Março.

Que ya avian ydo los poderes del Emperador a Roma para tratar lo de la liga y apunta Don Guillen las diligencias que ha hecho para ello.

Que la salud de Praga ha mejorado y se yra alli en curandose de un corrimiento y que aun no le avian dado licencia para yr a Pilzen.

Que lo de Transilvania no esta compuesto y tiene sus dificultades.

a) *non legitur, charta lacerata.*

b) *hic in margine: casi.*

1) Zacharias

*cfr. El. VIII, N. 133.*

*Ignotus*

*ad ignotos (« aviso »)*

*de occisione ducis Moscoviae (?); de machinationibus Austriae in Moscovia.*

*(Lat.)*

*A. G. S. Estado, Leg. 706, s.f.*

Hesterna die literas accepi, quibus mihi certo significatur Ducem Moscoviae a nepote sive sororio suo occisum, alii dicunt a regulo sive Czar, ut ipsi vocant, Astracanensi in colloquio confossum. Haec a Palatino Vilnensi Radzivilio Regi cum summa celeritate nunciata esse. Additum et hoc, occultari haec, ne tam cito ad Austriacos haec nova perveniant, ne aliquas practicas denuo incipiant, cum praesertim foedus Poloniae cum Moscis hoc anno expiret.

Rex pro festo purificationis voto Czestochoviam venturus est, inde Warsoviam redire constituit; fecit votum quoque sepulchrum divi Stanislai Cracoviae invisere. Sed cum adhuc conspectum hominum vitet, differre illud constituit. Ridendum est, quae de ipso scribuntur: Cum omnibus irasci, cum potius omnes ipsi indignari debeant. Qui antea pauca loquebatur, nunc in toto obmutuisse; aulam nullam Regi nunc adesse praeter aliquot pueros et servos camerae et Patres Jesuitas, quibus tota Maestas Regia nunc fulcitur. Omnes Senatores quicumque ad excipiendum eum Warsoviam venerant (inter quos Zebridowski, Capitaneus Cracoviensis), vix viso illo, cum nec alloqui eos dignaretur, male contentos discessisse. Sororem uni ex Brandenburgensibus elocare constituerat, sed illis quoque iratus eam invitam ad Revel dimittere vel ipsemet deducere constituit. Comitata in Polonia habere non vult, nam timet, ne iter ipsi in Suetiam (ubi omnino denuo redire constituit) prohibeatur, sperat tamen in Lithuania a Dominis et Sacerdotibus se adiutum iri. Calmar bene munitum esse dicitur ex militibus et victualis, ibi Beckies quoque ex Dantisco denuo missus.

Adventus Imperatoris Turcarum <sup>a)</sup> in Hungariam ex Polonia quoque affirmatur et praemissus Janiczar Aga cum 5000 Janiczarorum ad praeccludendum passum Michaeli Vaivoda, quo securius alii confluere Albam Graecam possint. Ubi quoque aliquot Bassa et Czar Praecopiensis esse dicitur. Cosaci Zaporienteses maxima damna <sup>a)</sup> Tartaris intulerunt. Verum in divisione praedae ipsimet simul conflixerunt, ita ut 700 occisi, 500 vulnerati manserint. Haec Deo volente significanda videbantur.

*In dorso: Nova ex Moscovia et Polonia.*

<sup>a)</sup> viz legitur.



S.I., s.d. [post 13.IX.1598].

*Ignotus**ad ignotum;**extractum relationis cuiusdam nobilis anno praeterito Moscoviam missi; de morte Fedori Ivanovič; de Boris [Godunov] coronato.**(Hisp.)**A. G. S. Estado, Leg. 706, s.f.*

Extracto de la relacion de un gentilhombre de la Casa del Emperador que se embio el año passado por el mes de Julio a Moscovia con cartas de Su Magestad Cesarea para el nuevo Gran Duque de Moscovia en que le dava el pesame por la muerte de su predecesor y parabien por su enoronacion con offrescerle su muy prumta voluntad para continuar con él la misma amistad y correspondencia que tuvo con el dicho su predecesor como huviere declarado mas largamente por una embaxada solemne si el Rey de Polonia le huviere querido dar el passo que con todo esto procurara aun de alcançar para embiarle dicha embaxada y volvio de alla a los 5 de Marzo deste año con la respuesta que el dicho Gran Duque agradece mucho a dicha Magestad Cesarea todo este cumplimiento con dezir y assegurarle que tiene tambien esta intencion y voluntad para satisfacer de su parte a lo mismo y si los Polacos le quisieren dar el passo, que tambien se le havrian rehusado hasta agora, por estorvar esta buena correspondencia embiara a la dicha Magestad Cesarea una otra embaxada para representar todo esto mas cumplidamente diciendo que el Gran Duque de Moscovia defunto llamado Fedor Ivanowitz morio a los 15 de Henero 1598 y dexo encomendado el gobierno de sus estados a la Duquesa llamada Gernia y al Patriarcha de la Russia, pero despues el entierro y honrras del cuerpo del dicho Gran Duque, dicha Gran Duquesa se resolvió de renunciar al gobierno y dexarlo a manos de los kniesses y boyares que son los ministros y nobles principales con entrar ella en un monasterio de monjas, lo qual sabido por el pueblo de la ciudad de Moscovia se altero mucho y con grandissimo resentimiento fue a suplicar a dicha Gran Duquesa que no le desamparasse, pues el dicho Gran Duque defuncto havia dexado a ella el sceptro y que los kniesses y boyares no bastavan para amparar y deffenderlos, no queriendo que otros le mandassen que ella y su hermano Boris Fedrowitz, pero le hizo responder por dicho su hermano que tuviessen paciencia que fuesse passado el tiempo de luto que dura alli 40 dias, que entonces dicho su hermano tomara el gobierno, pero con asistencia de dichos kniesses y boyares, con que dicho pueblo se aquieto algo. Despues dicha Gran Duquesa entro en el monasterio y quando hizo profession mudo su nombre, haziendose llamar Alexandrina y acavado que era el dicho tiempo de luto, dicho pueblo volvio al castillo de la tierra de Moscovia y el Cancelier le dixo que pues les falescio su Principe y que dicha Gran Duquesa era retirada en un monasterio que reconociesen por sus superiores a dicho kniesses y boyares, pero no quiso en ninguna manera entender en ello, dipiendo que le diessen por Señor y Principe el dicho hermano de la Gran Duquesa, por no querer otro y haviendoselo el dicho

Cancelier de parte del dicho pueblo representado y pedido que tomase el sceptro, lo rehusó por mucha instancia que le hiziesse para ello y visto que le querian forzar a que los aceptasse se recogio tambien en el mismo monasterio adonde se hallava dicha su hermana y haviendo el dicho pueblo despues continuamente por el termino de un mes hecho instancia con dicha Gran Duquesa para que indudiesse a dicho su hermano a que acetasse el dicho sceptro, pues no querian otro para su Principe y señor, el dicho Boris Fedrowitz por ruegos assi de dicha su hermana como del pueblo aceto el dicho sceptro, de lo qual todo el dicho pueblo hizo luego señal de gradissima alegria con mandar tocar en todas las yglesias de dicha villa de Moscovia, que seran hasta 300, las campanas y algunos dias despues comparescio otra vez el dicho pueblo con los officiales y deputados de las otras provincias y ciudades principales delante de su nuevo Principe y le truxeron un gran y riquissimo presente de diversas cosas muy preciosas, pero el dicho Principe no tomo sino el pan y la sal con dezir que este era su thesoro principal y que volviessen a tomar lo demas que eran pelejos, joyas, oro y plata para si, lo qual hecho le llevaron al palacio adonde tambien hizieron acatamiento a la nueva Gran Duquesa y a su hijo que es de 10 y a la hija que es de 16 años.

A los 11 de Setiembre el dicho Patriarcha de la Russia le dio la benediction y a los 13 del mismo se hizo la coronacion con las ceremonias acostumbradas y despues hizo el dicho Gran Duque a todos muchas mercedes con grandissima liberalidad y benignidad y llegando en Efic Micrim aviso que el Tartaro Chan de Crimirische se era encaminado con un potente exercito hazia las fronteras de Moscovia para apoderarse del estado de dicha Moscovia por haver entendido que vacava, el dicho Boris Fedrowitz le fue luego a encontrar con obra de trescientos mill hombres y savido por el otro que estava cerca, le embio una embaxada y se volvio atras como tambien hizo el dicho Boris Fedrowitz con su exercito, etcetera.

N. 97.

S.l., s.d.

*Ignotus*

*ad usum officii;*

*summatim refert epistolam filii palatini Posnaniensis ad ignotum; de Sigismundo et Stephano Bathoreis; de Sigismundi III negotiis Sueticis.*

*(Lat. charta ex parte lacerata)*

*A. G. S. Estado, Leg. 706, s.f.*

Sigismundus Bathoreus fuit apud Stephanum Bathoreum in Prussia in pago Leyki, qui ei non ivit obviam.

In primo congressu prolixiori oratione salutavit Stephanum torve prospicientem Sigismundus ac ad eius pedes provolutus commissorum in illum et alios consanguineos veniam supplex rogavit; quam demum cum tertio genibus flexis eum rogasset, aliis magnatibus pro eo intercedentibus, Stephanus paucis, sed severe et graviter prolatis verbis, ei concessisse visus est.

Hinc abiit Stephanus cum Sigismundo uno in curru ad Zamoski <sup>2)</sup>, Cancellarium Regni, qui utrumque solemniter excepit et tractavit. Sigismundum primo Serenissimum Principem, postea vero Dominum ... <sup>a)</sup> nominavit, quod moleste tulit Sigismundus, sed tandem monitus a Stephano acquievit.

Cancellarius exsolvit Sigismundo dotem viginti quinque milium tallerorum, quam cum ipsius sorore acceperat; hac igitur pecunia accepta iterum discessit Sigismundus cum Stephano in Transilvaniam.

Cardinalis Bathoreus resignavit episcopatum Warmiensem et alias prelaturas ecclesiasticas Regi summa cum gratiarum actione, quod adeo honeste habitus sit in Regno Poloniae, cui quaevis subsidia, auxilia et recompensationes maximas pro collatis in se beneficiis Regi quoque et filio Regis pollicitus est.

Cancellarius cum aliis adhaerentibus hoc summo cum studio efficere curant, ut indigenatum assequeretur Sigismundus et Stephanus in Regno; imo et episcopatum Warmiensem et eas prelaturas, quas habuit Cardinalis, ut per indigenatum haberet Sigismundus.

Sigismundus voluit ire in Angliam, sed ei doctor quidam Jaris, Scotus natione, apud Cancellarium existens, perspectis ipsius moribus vagabundis et levioribus, id disuasit.

Aspirat in Regnum Cardinalis Bathoreus et habet suas partes ibi non postremas, sed et unione Transilvaniam Regno Poloniae (citius credo Regnum Transilvaniae) iungere contendit.

Sepultura Serenissimae Reginae iunioris habebitur Cracoviae 14 Octobris proxima.

Comitia prope diem habebuntur in Regno Poloniae universalia; Gedanenses videntur adversari Regi, sic et aliae civitates in Prussia.

Rex denuo parat exercitum in Suetiam.

Rex misit aliquot Suecos captivos pro redimendo Bekissio Carolo in Daniae Regno tradendos.

Carolus ex Suetia habebit apud Maiestatem Caesaream legationem.

Is, qui omne malum conflatur adversus Regem in Suetia, erit Legatus apud Maiestatem Caesaream Caroli Ducis Finlandiae.

*In dorso: Extractus litterarum filii Palatini Posnaniensis.*

a) non legitur ob chartae lacerationem.

N. 98.

Pragae, 15.I.1601.

*Guillen de San Clemente  
ad Philippum III regem Hispaniae  
de relationibus imperatoris Rudolphi II cum Sigismundo III rege Poloniae, deque negotiis Transilvaniae.*

*(Hisp., orig., sigil.)*

*A. G. S. Estado, Leg. 707, f. 8.*

Señor.

Ocho dias a que llego aqui el Conde de Legni de camino para Polonia y en su compañía, Damant <sup>a)</sup> el Tusson Doro <sup>2)</sup> van con mucha decencia

y mucho gasto a cumplir su comision. Don Baltasar de Çuñiga me escrivio por el que si a mi me parescia podria el Conde besar las manos al Emperador y dalle cuenta de la comission que lleva y para saber lo que a mi me parescia en esto me embio un gentilhombre suyo desde media jornada de aqui y consultandolo yo con Carlos de Liechtenstain fue de parecer que lo escusase hasta la vuelta y yo vine en ello porque fuera muy posible que el Emperador le detuviera dos o tres messes antes de oylle, y el mucho gasto que el Conde traya no sufria estas dilaciones. Todavia quiso entrar aqui arreboçado y estuvo tres dias y luego siguio su camino para Warssovia donde agora esta el Rey de Polonia en una dieta. Hame dicho el Archiduque Maximiliano que podria ser que los Polacos rompiessen guerra al Emperador por estas cosas de Transilvania que si esto ha de ser fuera mejor que el Rey no tuviera el Tuson; mas yo espero que no llegaran a este termino, aunque como en otra escrivire a Vuestra Magestad, el Gran Canciller en compaña de Sigismundo Bathori rompieron al Valaco. Guarde Dios la catholica Persona de Vuestra Magestad. De Praga a 15 de Enero 1601.

u) Don Guillen de Sant Clemente. v)

*In dorso:* Al Rey nuestro Señor.

En manos de Andres de Prada, su Secretario de Estado.

*Alia manu:* Praga. A Su Magestad. 1601.

Don Guillen de Sant Clemente a 15 de Enero.

a) *hic deest verbum con.*

u)-v) *manu propria.*

z) *sic in ms.*

N. 99.

*S.l., s.d.*

*Ignotus*

*ad ignotum;*

*de rebus Moscoviae, de rebellione ducis Caroli in Suecia deque eius foedere cum Moscovia contra Poloniam*

*(Hisp.)*

*A. G. S. Estado, Leg. 707, f. 10.*

Lo que ay en lo de Moscovia es que antes que el Gran Duque predecessor deste muriesse, hubo algunas platicas con el señor Archiduque Maximiliano para declararle por su sucesor porque no tenia herederos que le pudiesen suceder en el estado, pero no hubo ninguna resolucion. Entre tanto el vino a morir con declarar que su muger hermana de Boris Fedrowitz su pariente y su mayordomo mayor fuesse sucesora y governasse el estado con asistencia de su hermano della, que es agora

Gran Duque; pero ella por mas que los Moscovitas la supplicaron no lo quiso acetar, antes se retiro a un monasterio y queriendo entonces el pueblo que el dicho su hermano agetasse el dominio, no lo quiso el tampoco, retirandose en otro monasterio, pero a la fin por ruegos de su hermana y del pueblo se dexo induzir a acetarlo y assi le coronaron por Gran Duque de Moscovia. Tiene un hijo y una hija a los quales tambien juraron fidelidad y obediencia. Despues sucediendo en Suetia la revuelta del Duque Carlos contra el Rey de Polonia que todavia dura, el embio a Polonia a pedir continuation de la paz y tregua que suele haver entre aquel Reyno y Moscovia, pero porque su embaxada no fue despachada a su gusto comenzo a tratar con dicho Duque Carlos de entrar con el en liga contra el dicho Rey de Polonia y tambien embio una embaxada aca y a offrescer al dicho señor Archiduque Maximiliano casamiento con su hija y asistencia para cobrar la corona del dicho Reyno de Polonia y el dicho Duque Carlos embio otra al dicho Señor Archiduque, pero luego despues que se havia encaminado para España. Con todo esto se entretuvo en estas partes hasta su vuelta, por la qual le offresce de entregarle todo lo que Polonia y Suetia tienen usurpado en Livonia pertenesciente a la Orden Theutonica con que entre en la misma liga con el Moscovita contra el Rey de Polonia, pero no se save hasta agora lo que ha rrespondido <sup>2)</sup> sobre ello. Con todo esto se sospecha que Su Alteza ha rrespondido <sup>2)</sup> que lo consultara con Su Magestad Cesarea y los de su orden y que conforme a sus paresceres le avisara lo que le cumplira de hazer.

El dicho Duque Carlos ha rreduzido debaxo de su obediencia y devotion todo el Reyno de Suetia y lo que depende del, assi en Livonia como en otras partes, de manera que el Rey de Polonia no tiene mas nada en el.

El Emperador embia dos gentilhombres a Moscovia a rrepresentar <sup>2)</sup> la causa porque hasta agora no ha ydo su embaxada, que es porque los Polacos no le quisieron dar el passo que espera le daran agora en esta Dieta que se hazen en Polonia y dicha embaxada se haze para rresponder a la que dicho Gran Duque embio aca el año passado y en congratulacion de su nuevo estado y pedir continuation de la buena intelligencia que siempre ha havido entre la Casa de Austria y sus antepasados y juntamente asistencia contra el Turco.

Elvalor y rentas del Moscovita que el Rey mi Señor dessea saver es incierto, pero sabese que es tierra rrica de muchas mercaderias y que tiene algunos thesoros, pero la gente barbarissima.

En quanto a la carta que el Emperador escrivio el año passado acerca el impedimento que los Holandeses hazen en la navigation de España a las ciudades anceaticas no ay otra cosa sino que dicha carta se embio a los de Lubeca para que ellos la encaminassen a manos de dichos Holandeses, pero el agente que tienen en esta corte no tiene aun aviso que lo ayan hecho ni que ayan respondido a ella.

Ultra dicha carta Su Magestad Cesarea ha escrito muy de veras por dos cartas al Conde de Embda, mandandole que en virtud del bando imperial que se publico en el año 1596 contra los Ingleses monopolares en el Imperio, que no suffra ninguna gente déesta spetie en sus tierras y que si la admite sera declarado en las penas contenidas en dicho bando contra los que favorecen a dichos Ingleses.

2) sic in ms.

Pragae, 15.I.1601.

Guillen de San Clemente  
ad Philippum III regem Hispaniae  
de rebus Poloniae, Transilvaniae et Valachiae.

(Hisp., orig.)

A. G. S. Estado, Leg. 707, f. 12.

Señor.

A Vuestra Magestad tengo escrito como Jorge Basta se resolvió de juntarse con la nobleza de Transilvania y echar <sup>a)</sup> al Valaco della, porque todos temieron su tiranico proceder, aunque el siempre dixo que queria estar a la obediencia del Emperador. En fin le echaron de aquella provincia con mucha mortandad de su gente, y haviendose retirado en Valaquia fueron sobre el, el Canciller de Polonia y Sigismundo Bathori y despues de haver restituydo a Geremias Bayboda en Moldavia de donde dicho valaco le havia echado porque pretenden los Polacos que dicha Moldavia este sotopuesta a Polonia, le rompieron dentro de Valaquia aviendo el salido con buen animo a pelear con ellos y porque con esta ocasion tocaron los Polacos los limites de Transilvania pensaron algunos que querian romper la guerra con el Emperador y restituir a Sigismundo Bathori, que es cuñado del Canciller en Transilvania, pero el Canciller se embio a escusar con Jorge Basta y otros comissarios del Emperador que estan alla que el ardor de la batalla y seguimiento de la victoria avia causado aquel desorden, pero que nunca fue con intencion de desservir al Emperador, antes estavan muy promptos a su servicio y desto y de haverse juntado golpe de cavalleria polaca en la Podolia deve de sospechar el señor Archiduque Maximiliano que Polacos podrian romper la guerra, mas yo nada creo por agora. Despues que esto passo, el Valaco se a determinado de venir a echarse a los pies del Emperador y assi ay en esta corte avisos que esta de camino y que le han visto ya dentro de Ungria Superior.

Tambien vienen Embaxadores de Transilvania y desta vez piensan algunos que se dara la forma en el gobierno de aquella provincia y muchos sospechan que el Emperador embiara alla al señor Archiduque Maximiliano que ya esta en esta Corte. Guarde Dios la catholica Persona de Vuestra Magestad. De Praga a 15 de Enero 1601.

<sup>u)</sup> Don Guillen de Sant Clemente. <sup>v)</sup>

*In dorso:* Al Rey nuestro Señor.

En manos de Andres de Prada, su Secretario de Estado.

*Alia manu:* Praga. A Su Magestad. 1601.

Don Guillen de Sant Clemente a 15 de Enero.

Recibida a 17 de Hebrero.

Como despues de echado el Valaco de Transilvania fue roto por los de Polonia en Valaquia y Geremias Bayboda restituydo en Moldavia y porque con esta ocasion tocaron los Polacos los limites de Transilvania

pensaron algunos que querian romper con el Emperador y restituyr alli a Sigismundo Batori. Que ay aviso que el Valaco viene a echarse a los pies del Emperador.

Que se sospecha que yra al gobierno de aquella provincia el señor Archiduque Maximiliano.

*Alia manu:* Que avise lo que en esto se fuere offreçiendo.

a) *in ms.* hechar.

u)-v) *manu propria.*

N. 101.

*Pragae, 14.IV.1601.*

*Guillen de San Clemente  
ad Philippum III regem Hispaniae  
de rebellione ducis Caroli in Suecia.*

*(Hisp., orig., sigil.)*

*A. G. S. Estado, Leg. 707, f. 35.*

Señor.

Muchos dias ha que el Duque Carlos de Suezia tiene alborotado aquel Reyno y provincias y desposeheido dellas al Rey de Polonia su sobrino, pero agora se le va apoderando de la Livonia y tambien de la ciudad de Riga que posehen los Polacos por lo qual han juntado una dieta en Varsobia de que ha resultado que los Polacos se han determinado de oponerse con las armas a dicho Duque y para esto han concedido una contribucion y juntado con ella golpe de cavalleria con la qual ha ydo el Canciller de aquel Reyno a oponersele.

En la misma dieta de Varsobia a dado el Conde de Leni el collar de la Orden del Tuson al Rey de Polonia como el mas largamente escrivira a Vuestra Magestad, agora esta en esta casa aguardando si el Emperador querra dalle audiencia para que le visite de parte de la Señora Infanta y del Señor Archiduque. Guarde Dios la catholica Persona de Vuestra Magestad. De Praga a 14 de Abril 1601.

2. - Que el internuncio de su Rey, que reside en Napoles, es molestado injustamente a instancia de los herederos del Marques de Capurcio en el Consejo de Santa Clara y suplica el dicho Embaxador a Vuestra Magestad se sirva de mandar que con la mayor brevedad posible se determine esta causa por terminos de justicia a fin que desengañados los contrarios de la poca que tienen se pueda poner en ella perpetuo silencio.

3. - Que en tiempo del Rey nuestro Señor que haya gloria <sup>g)</sup> se mando poner silencio a un pleyto que años puso el fiscal de Vuestra Magestad en Napoles contra un Bernardo Olgiato por razon de cierto deposito fingido y por no haver podido sacar nada del dio en proceder contra el internuncio de su Rey ynjustamente que agora han renobado esta causa molestando al ynternuncio sin ninguna justicia y supplica a Vuestra Magestad sea servido de que se ponga silencio a esta bana y ociosa pretension.

4. - Que es propio de los Principes gratificar las personas que los sirven y se muestran bien afetas a sus cosas y haviendose algunas naturales del Reyno de Napoles mostradose tales a las del Rey su señor, considerando que algunos por yntercesiones de Principes no tan unidos en consanguinidad con Vuestra Magestad an alcanzado <sup>h)</sup> mercedes de consideracion de Vuestra Magestad para sus dependientes desea el dicho Rey se la haga Vuestra Magestad de dos titulos uno de Principe, otro de Marques o Conde para darlos de su mano a personas por calidad y cantidad capaces de semejantes honrras.

Y haviendolo visto el Consejo <sup>i)</sup> como Vuestra Magestad lo mando le <sup>j)</sup> ha parecido consultar a Vuestra Magestad en lo primero:

1. - Que esta ordenado que no se entienda con <sup>k)</sup> las rentas de aquella <sup>l)</sup> calidad las prematicas, arbitrios y trazas de aorro y es muy justo que no se haga nobedad en esto, <sup>k)</sup> sino que se cumpla con el Rey de Polonia conforme sus privilegios pagandole <sup>l)</sup> con mucha puntualidad.

2. - En lo segundo <sup>m)</sup> sobre la molestia que se haze al internuncio del Rey de Polonia en Napoles a instancia de los herederos del Marques de Capurcio, <sup>n)</sup> que se escriba apretadamente al Virrey <sup>o)</sup> que haga determinar con la brevedad posible esta causa.

3. - Que <sup>p)</sup> assimismo se escriba <sup>q)</sup> al dicho Virrey de Napoles <sup>r)</sup> apretadamente acerca del pleyto que ha puesto el fiscal de Vuestra Magestad al internuncio del dicho Rey <sup>p)</sup> sobre el pleyto de Bernardo Olgiato <sup>q)</sup> encargandole se guarde justicia a las partes.

4. - En lo ultimo que por la instancia del Rey <sup>p)</sup> de Polonia <sup>q)</sup> sera justo dar <sup>s)</sup> los titulos que pide, pero teniendo Vuestra Magestad noticia primero de quienes son las personas y ellas las calidades necesarias para recibir esta merced.

Vuestra Magestad, etcetera.

*In dorso:* De oficio y parte. 1615.  
El Consejo de Estado a 15 de Enero.

Sobre algunas cosas que ha pedido el Embaxador del Rey de Polonia en nombre de su amo.

- a) *in ms. sequitur*: lo que sigue, que los 43 mil ducados de *expunctum*.  
a)-b) *in margine*.  
c) *in ms. sequitur* nuestro Señor que haya gloria *expunctum*.  
c)-d) *superscriptum*.  
e)-f) *in margine*.  
g) *in ms. sequitur* este en el Cielo *expunctum*.  
h) *in ms. sequitur* por lo qual *expunctum*.  
i)-j) *in ms. haec verba scripta super verba expuncta* le parece.
- k)-l) *in ms. haec verba scripta super aliqua verba expuncta, quae non leguntur*.  
m)-n) *in margine*.  
o) *in ms. sequuntur verba expuncta*: de Napoles.  
p)-q) *verba superscripta*.  
r) *in ms. sequuntur verba expuncta*: se escriba tambien.  
s) *in ms. sequitur verbum expunctum*: le.

N. 116.

Varsaviae, 29.VIII.1616.

*Sigismundus III rex Poloniae  
ad Philippum III a) regem Hispaniae;  
Georgium Comitem a Druget Homonnaium commendat.  
(Lat., orig., sigil., charta lacerata in margine dextro)  
A. G. S. Estado, Leg. 711, f. 3.*

Serenissimo Principi Domino Philippo IV<sup>o</sup> a) Dei gratia Castellae, Legionis, Aragonum utriusque Siciliae, Ierusalem, Portugalliae, Dalmatiae, Ungariae, Croatiae, Navariae et Indiarum Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Lotharingiae, Brabantiae, Comiti Flandriae, Tirolis, domino cognato et consanguineo nostro charissimo Sigismundus III, eadem gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae Livoniaeque etc., nec non Suecorum, Gottorum, Vandalorumque haereditarius Rex, salutem et fraternitatis amorem atque omnis felicitatis continuum incrementum. Serenissime Princeps, Domine, cognate et consanguinee noster charissime. Non adeo multi sunt in florentissimo quondam Ungariae Regno, quorum vel in rem catholicam studium, vel erga Principem fides constans eniteat, nobilissimae familiarum stirpes continuis bellis et Ottomanica crudelitate coniderant; pauci admodum sunt, qui religionem Catholicam profiteantur, e quorum numero inter primos nos referendum existimamus Illustrem Georgium Comitem a Druget Homonnaium, virum atque stirpis ac fidei et virtutis priscae et qui iam prope solus in afferente fide catholica isthic velit possitque navare operam. Charus is est Caesareae Maiestati, Domino, cognato nostro charissimo, cuius voluntate cum hoc ipso anno eximio conatu ad deiiciendum Transilvaniae Principatu Gabrielem Betlem haereticum et Turcarum opibus eo intentum sese accingeret haereticorum invidia et nefariis consiliis, non absque grandi patrimonii sui iactura susceptum negotium deserere coactus est. Non deest tamen illi animus, neque fortassis Transilvanis ipsis maxime catholicis, Betlemi Turcarum alumni tyrannidem et impotentem

dominatum perosis, rationes deessent perficiendi eius consilii, si Principes christiani eo quoque studia sua conferrent causamque et catholicae religionis et Christianae Reipublicae agentem subsidio necessario sublevarent. Implorabit is Illustris Comes opem Maiestatis Vestrae, cuius aequissimam petitionem nos peculiari nostra commendatione prosequimur, atque a Maiestate Vestra amanter postulamus, testari velit viro huic nobilissimo de Republica Christiana bene mereri volenti, quantopere ipsa quoque rei catholicae iuvandae studio teneatur. Nusquam melius regia liberalitate Maiestas Vestra usa fuerit, quam si labentem prope parietem istum et, quod Deus avertat, ruina sua vicina quoque Regna tracturum patrocínio suo sustentaverit, impendentemque interitum averterit; pertinebit ea res ad immortalem Maiestatis Vestrae laudem, aeternumque nominis illius pariet decus, quod omnibus incrementis florere ex animo nostro optamus diuturnamque valetudinem Maiestati Vestrae precamur. Datae Varsaviae die XXIX<sup>o</sup> mensis Augusti anno Domini M<sup>o</sup> DC<sup>o</sup> XVI<sup>o</sup> Regnorum nostrorum Poloniae XXIX<sup>o</sup>, Sueciae vero XXIII<sup>o</sup> anno.

Eiusdem Maiestatis Vestrae  
bonus cognatus,

u) Sigismundus Rex v).

*In dorso:* Serenissimo Principi Domino Philippo IV<sup>o</sup> a), Dei gratia Castellae, Legionis, Aragonum utriusque Siciliae, Ierusalem, Portugalliae, Dalmatiae, Ungariae, Croatiae, Navariae et Indiarum Regi, Archiduci Austriae, Duci Burgundiae, Lotharingiae, Brabantiae, Comiti Flandriae, Tirolis, Domino, cognato et consanguineo nostro charissimo.

*Alia manu:* Varsovia. A Su Magestad.

El Rey de Polonia a 29 de Agosto.

Recibida a 28 de Hebrero 1617.

Que de las nobilissimas familias que en años pasados havia en el Reyno de Ungria son ya muy pocas las que han quedado y entre ellas es una de las primeras la del Conde Jorge de Umanay, zelantissimo catolico y en quien solo ha quedado la defensa de la religion. Que es muy favorecido del Emperador y con su benoplacito se ha encargado de la restauracion de Transilvania y hechar de aquel dominio al tyrano Betlem Gabor b) que se ha apoderado del con el favor y ayuda de los Turcos, para lo qual habra menester el Conde la asistencia y ayuda de Su Magestad y el Rey intercede para esto por ser obra tan digna de la grandeza de Su Magestad y tan propia del gran zelo con que siempre acude al bien de la religion en todas partes.

*Alia manu:*

Consulta:

Que se avise desto y lo que contiene la carta inclusa al Conde de Oñate para que se entere de la sustancia dello y si el Emperador assiste al Conde o piensa hazerlo, y lo que se le offreciere y pareciere en la materia.

a) *in ms.* Philippo IV, *recte:* Philippo III.      b) *in ms.:* Betlemgabor.  
*Lapsus calami cancellariae regis Poloniae,*      u)-v) *manu propria.*  
*bis repetitus.*

*Ex arce Unghvar, 19.XI.1616.*

*Georgius Druget de Homonnai  
ad Philippum III regem Hispaniae  
de defensione Transilvaniae a Turcis deque auxilio sibi praestando.  
(Lat., orig., sigil.)  
A. G. S. Estado, Leg. 711, f. 5.*

Sacra Regia Catholica Maiestas, Domine Domine mihi clementissime.

Si fama nominis gloriaeque per orbem terrarum celeberrima Vestrae Potentissimae Maiestatis complures in rebus etiam privatis ipsorum difficillimis velut ad certissimum praesidium ad Maiestatem Vestram recurrere fecit, non mirum si eadem me quoque tanto etiam fidentius quanto necessitas aliis gravior non tam mea privata quam communis totius Transylvaniae cum partibus Hungariae illi annexis propter Gabrielis Bethlenii Transylvanorum tyranni eiusque seguacium haereticorum furias, iamque extremum imminens periculum propulsandum ad opem auxiliumque Maiestatis Vestrae Catholicae implorandam incitavit.

Quis enim pro defensione Religionis Catholicae quam Rex Catholicissimus tutius efficaciusque possit requiri? At nec solum ipsa sacrosancta religio in Transylvania summis nunc impugnatur viribus, sed ea ipsa patria, quibus et plures aliae provinciae praestantissimae, sicut a Christi fide sic a Christianitatis corpore praecidi, penitusque in Turcarum potestatem conici coeptae propediem Turcarum reale subiturae sint iugum. Mirum autem Sacrae Maiestati Vestrae videri non debet, me privatum pro rebus tanti momenti adlaborare conari. Nam cum Sacrae Caesariae Regiaeque Maiestati Domino meo clementissimo, aliqua cum Turcis pacta pro parte Regni Hungariae intercedant, non est tam certa commoditas per Regnum Hungariae proprios exercitus in Transilvaniam Suae Sacrae Maiestati transmittere, nisi cum Turcis bellum inchoetur apertum. Verum aliquis subditorum Suae Maiestatis seu proprio Marte vicinior Transylvanis, qui etiam a populis Transylvaniae invitetur ad Principatum capessendum, absque foederis Turcici laesione Transilvanicis necessitatibus posset succurrere. Fecit itaque hoc Sacratissima Caesarea Maiestas, cum Transylvani frequentibus internunciis me sollicitarint, quo paterna sua clementia annueret coeptis meis.

Ut autem Maiestas Vestra Sacra negotii istius ex me quoque cognitionem aliquam habeat, etsi non dubitem plenius iam antea super hoc informatam esse, brevier tamen proferam, quo pacto tanta pericula in partes Transylvanicas incubuerint.

Gabriel Bethlen ex magnatibus Transylvaniae, haeretica pravitate infectus, triennio abhinc dominum suum Transylvaniae Principem Gabrielem Bathorium — incensus libidine dominandi — prodiderat atque Constantinopolim profugerat, pactus cum Turcico Imperatore, si Bathorio expulso per Turcas ipse in principatum subrogaretur ob grati animi significationem, secreta quidem ritu Mahometano circumcisionem sustineret, partem vero Transylvaniae praestantissimam cum arcibus et castellis compluribus ipsi traderet, efficeretque vivens ita disponendo, ut

Transylvaniae ipso defuncto sicut olim Bosniae Regnum in manus Turcarum incideret.

Impetrata igitur magna ethnicorum manu Transilvaniam Bettlenius invasit eamque igni ferroque atque quantum nunquam alias acciderat devastari fecit, plurima quoque Christianorum millia in perpetuam servitutum Turcarum et Tartarorum sunt abducta. Bathorium per fraudem crudeliter confici curavit, se ipsum contra leges liberamque electionem Transylvaniae Principem nominari iussit; quo viso Transylvani, ne gravius periclitarentur, Suam Maiestatem Caesaream exorarunt, uti Bettlenium in gratiam reciperet, interiectis pro religionis iuriumque libertatis Transylvanorum conservatione aliisque necessariis conditionibus, quas Bettlenius liberius acceptavit, ad eaque singula sacramento iurisiurandi se adstrinxit, partesque Christianitatis se sincere secuturum promisit.

Sed mox ea omnia in cassum reciderunt cum se non Principem, sed tyrannum crudelem et hostem religionis orthodoxae patriaeque suae palam ostenderet. Nam et contra iuramentum suum Turcis favendo iuxta promissum suum Constantinopoli factum Lippam civitatem et arcem Turcis tradere volebat, a praesidiariis autem christianis illi resistebatur, quos gravi tandem obsidione cinxit; ii vero saepe numero me pro auxilio requirentes exorarunt, ut partem aliquam meorum militum proprio sumptu conductorum, pro rei necessitate celeriter illis submitterem, quibus Bettlenius suorum robur obviam misit, sed divina virtute fuerunt a meis profligati variisque ab eisdem meis velitationibus et incursibus ipse quoque Bettlenius fatigatus de solvenda obsidione iam cogitabat, cum a tergo per haereticos instigati Haiidones in Regno Hungariae Suae Maiestatis Caesareae degentes, nihil tale opinantes, meos aggressi retrocedere compulerunt, victoriamque certam interpellarunt, et graviores etiam motus in partibus Regni Hungariae superioribus contra Catholicos et adversum me potissimum excitarunt.

Ego autem cum corpore mei exercitus de stativis necdum moveram; qui tamen haereticorum motus brevi Sacrae Caesareae Maiestatis Augustissima auctoritate fuerunt repressi.

Porro audita meorum retrocessione et haereticorum motibus Lippenses diffisi de aliis auxiliis Bettlenio sese dederunt, eosque secuti caeterarum arcium et castellorum praesidiarii fortalitia sua Bettlenio concesserunt, hoc est Soliimos, Tothvaradgia, Marsima, Monostor, Fachiat, Arad et pleraque alia loca munita, quae mox Bettlenius non sine magno Christianitatis incommodo Turcis omnino tradidit. Restantque adhuc fortiores aliae arces, ex quibus Varadinum principale totius Transylvaniae imo et Hungariae superioris fortalitium existit, quod pari perfidia Turcis adhuc nititur donare. Interea minime conquiescens etiam contra Catholicos praecipuos quosque Transilvanorum desaeviit, quosdam eorum in vincula coniecit, alios in exilium egit bonisque omnibus eos spoliavit, aliquos oppressit, ut ea ratione religionem illinc extirparet; ac iam recenter atrocissimum contra Catholicos fecit edictum proscriptionisque notam pluribus inussit. Unde non obscure patet, nisi mature Transylvanis succurratur, et religioni isthic et patriae celerem imminere <sup>a)</sup> perniciem. Quibus iure permotus non substantiam modo, sed et sanguinem meum paratissimus essem profundere subindeque Vestrae Maiestati Potentissimae qua par est animi demissione supplico, ne dedignetur in tantis casibus ex sua clementi gratia sumptibus aliquibus bellicis providendo me cum aliis Catholicis et afflictissima Transilvania, quae me continue sollicitat, sublevatum ire ac adiuvere. Tum etiam sua benigna commendatione apud Sa-

cram Caesaream Regiamque Maiestatem me in tam sancto proposito dignetur promovere. Nunc enim rursus aliae commoditates se se ostentant, ut proclive videatur, si sumptibus non destituar, sub Suae Maiestatis Caesareae patrocinio Transilvaniam gemino periculo liberare, imo etiam propagare Religionem Catholicam. Et vero nulla praecedentia merita vel servitia mea pro Vestra Sacra Maiestate hactenus valeo praetendere, fateor tamen quasvis occasiones benemerendi humiliter plurimum desiderans et Vestrae Sacrae Maiestatis gratiam perpetuis servitiis conabor demereri. Precorque divinam bonitatem, ut Vestram Sacram Maiestatem omni felicitatis generi florentem diutissime conservare velit. Datum in arce mea Unghuar, die 19 Novembris anno, 1616.

u) Sacrae Maiestatis Vestrae  
Servitor humillimus  
Comes Georgius Druget de Homonnai v)

a) in ms.: immineri.

u)-v) manu propria.

N. 118.

Matriti, 6.V.1617.

*Consilium Status  
ad Philippum III regem Hispaniae;  
de litteris Sigismundi III, regis Poloniae in negotio comitis Homonnai in  
Transilvania, die 29.III.1616 scriptis.*

(Hisp., minuta. Cfr. N. 116.)

A. G. S. Estado, Leg. 711, f. 7.

Señor.

El Rey de Polonia escribe a Vuestra Magestad en carta de 29 de Agosto proximo passado que de las nobilissimas familias que en años passados havia en el Reyno de Ungria son ya muy pocas las que han quedado y entre estas es una de las primeras la del Conde Jorge de Humanay zelantissimo catolico y el que casi solo trata de la defensa de la Religion Catolica que es favorecido del Emperador y con su beneplacito se encargo de hechar del Principado de Transilvania al tyrano de Betlem Gabor que se ha apoderado del con la asistencia y ayuda de los Turcos y por la invidia y persecucion de los herejes <sup>a)</sup> no pudo el Conde salir con la empresa haviendo gastado <sup>b)</sup> gran cantidad de su hacienda; que dessea bolver a tratar della y que Vuestra Magestad le asista y favorezca en una obra tan grande y el Rey intercede con mucha instancia para que Vuestra Magestad lo haga <sup>c)</sup> pues es tan propio de su grandeza acudir en todas partes a la defensa y conservacion de la Religion Catolica.

Tambien escribe a Vuestra Magestad el mismo Conde Humanay en carta de 19 de Noviembre del año passado significando el miserable estado que tienen las cosas de Transilvania por la tyrania de Betlem Gabor y la gran necesidad que ay de acudir al remo de aquellas provincias para que no se acabe del todo en ellas la religion y se entreguen al dominio

del Turco, como ya se han entregado muchas fuerzas por medio del dicho Betlem Gabor, el qual asistido de algunos magnates herejes de Transilvania despojo de su estado a Bathoreo, haviendose confederado con los Turcos y ofreciendoles que admitiria secretamente en aquella provincia el rito de Mahoma para que despues de sus dias viniese toda a poder de ellos como antiguamente vino el Rey de Bosnia y a este fin trato de entregarles la ciudad de Lippa, si los christianos que estaban de presidio no le resistieran y el Conde los socorriera con su gente, la qual fue despues venada de los herejes y assi se hubieron de entregar a Betlem Gabor y lo mismo han hecho otras fuerzas y castillos y el las ha entregado a los Turcos y para que no haga lo propio de las que quedan ofrezca el Conde de ayudar a los catolicos con su sangre y supplica a Vuestra Magestad que como tan interesado en las cosas de la Religion Catolica les favorezca y ayude con sus socorros y escriba tambien al Emperador recomendandole mucho esta obra tan grande, pues si no le falta el caudal para ella, se promete el Conde que no solo librara a Transilvania del gran peligro en que se halla, sino que aun delatara la religion en aquellas partes. Y haviendose visto ambas cartas en Consejo ha parecido consultar a Vuestra Magestad que sera bien que se avise al Conde de Oñate de lo que contienen para que el se entere de la sustancia dello y si el Emperador assiste para esta obra al Conde Humanay o piensa hazerlo y diga lo que se le ofreciere y pareciere en la materia.

Vuestra Magestad mandara lo que mas fuere servido. En Madrid, etcetera.

*In dorso:* De oficio y parte.

El Consejo de Estado, a 6 de Mayo 1617.

Sobre lo que ha escrito el Rey de Polonia en recomendacion del Conde Humanay para que se le asista de aca a la empresa de Transilvania.

a) *hic verba* del mismo reyno *expuncta*.

b) *hic verba* en ella *expuncta*.

c) *hic verba* esta merced *expuncta*.

N. 119.

*Bruzellis, 17.I.1556.*

*Philippus II rex Hispaniae  
ad gubernatorem Mediolanensem aliosque  
de Iulio Siglerio pro gerendis reginae Bonae negotiis in secretarium Consilii regis pro rebus Mediolanensibus nominato.*

*(Lat., exemplar in membrana)*

*A. G. S. Estado, Leg. 711, s.f.*

Philippus, Dei gratia Rex Hispaniarum, Angliae, Franciae utriusque Siciliae, Hierusalem, Hiberniae et caetera, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Mediolani et Brabantiae, Comes Habsburgi, Flandriae, Tirolis et caetera. Recognoscimus et notum facimus tenore praesentium universis: iamdiu versatus est fidelis nobis dilectus Iulius Siglerius in curia invic-

tissimi Romanorum Imperatoris Augusti Caroli Quinti, patris et Domini nostri colendissimi, in qua, ut fide digna relatione et gravissimo virorum testimonio compertum habemus, probe et non sine laude semper se gessit summa utendo in rebus agendis dexteritate ac prudentia, non mediocri deinde affectu, sincera fide ac incomparabili studio ipsum Imperatorem semper prosecutus est, propter quod equestri dignitate ipse Siglerius ab eo honestari ac in Comitem Palatinum cooptari meruerit. Quum deinde divina clementia ac summa ipsius Imperatoris liberalitate inter caetera Mediolanensis status in nos translatus fuerit, dictus Iulius in Anglia ad nos se contulit pro gerendis negociis praesertim Serenissimae Dominae Bonae Reginae Poloniae sororis et consanguineae nostrae carissimae; dumque ea singulari studio pertractaret et morum probitas ac vitae integritas in eo conspecta est. Omittimus praeterea eius ingenium, iudicium ac eruditionem nec non grata servitia et fidelia obsequia, quae nobis praestitit et quae in futurum eum nobis praestitutum non dubitamus; proinde quum his proximis diebus diem suum obierit Hieronimus Rozonus a secretis nostris consilii secretioris Mediolani, eo munere ipsum Siglerium dignum iudicavimus; tenore igitur praesentium ex certa nostra scientia deliberate ac consulto nec non motu proprio et potestatis plenitudine ipsum Iulium Siglerium in Secretarium dicti consilii secretioris status nostri Mediolani eligimus, assumimus et constituimus, ita quod etiam nunc in antea huiusmodi munere una cum omni illo honore, onere, prerogativis, praeminentiis, salario, comodis atque emolumentis, quibus dictus quondam Hieronimus Rozonus pro dicto officio et caeteri a secretis istius secretioris consilii nostri Mediolani usi sunt et fuerunt hactenus, et nunc rite utuntur et fruuntur, uti, frui et gaudere possit et valeat, omni penitus exceptione remota. Mandamus itaque Illustri Gubernatori nostro Mediolani, Praesidi et senatui, Magno Cancellario, Praesidi questorum, Thesaurario generali ac aliis officialibus et subditis Mediolanensis domini, nostris fidelibus, ad quos ea res pertinet, ut dictum Iulium Siglerium in possessionem ipsius muneris secretariatus admittant, ponant et inducant ac admissum, positum et inductum manu teneant et defendant deque salario, comodis et emolumentis ei munere spectantibus et legitime percipi solitis debitis temporibus ipsi respondeant et per quos decet responderi faciant; hasque litteras nostras inviolabiliter observent et exequantur, nostram utique voluntatem in eo facturi. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum et sigilli nostri appensione munitarum. Datum Bruxellis, ducatus nostri Brabantiae, die decimo septimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, Regnorum autem nostrorum videlicet Hispaniarum et ulterioris Siciliae anno primo, Angliae vero, Franciae Citerioris, Siciliae, Hierusalem, Iberniae et caetera tertio, signatum: Io el Rey Vidit schitius <sup>2)</sup> regens G. Perezus; a tergo registrata in privilegiorum primo folio 270 et sigillata sigillo magno regio appenso cum cordella siricea rubea gralida et alba in cera rubea in tolla 1556 die XX Julii introscriptus Dominus Julius debitum prestetit iuramentum in manibus Reverendi Senatoris domini Philippi Castellionei ad hoc deputati, presente Augustino Montio Secretario:

*Hic sequuntur adnotationes recentiores:*

Ego Balthesar Ibreguntius, filius quondam spectabilis Domini Nicolai portae Vercellinae parrochiae Sancti Victoris ad theatrum Mediolani, publicus imperiali autoritate Mediolani Notarius, quia cum extracto



ab originali autentico supradicta concordare inveni, pro fide subscripsi etiam ad signo mei tabellionatus die vigesimo mensis Februarii 1588.

Ego Paulus Sormanus, filius quondam magnifici Domini Alexandri Portae Ticinensi parochiae Sancti Alexandri in Zobedia, Mediolani, publicus imperiali auctoritate Notarius Mediolanensis, quia cum extracto ab originali autentico supradicta concordare inveni, cum pro fide subscripsi etiam cum signo mei tabellionatus die vigesimo mensis Februarii MDLXXXVIII.

Nos Pinamons <sup>2)</sup> Rabia et Ioannes Baptista Madius juratus, ambo abbates venerandi collegii dominorum notariorum Mediolani, fidem facimus et attestamur supradictos spectabiles Dominos Balthesarem Ibragundium et Paulum Sormanum fuisse et esse publicos Legatos et autenticos Mediolani Notarios et in matricula aliorum notariorum prefatae civitatis descriptos et semper eorum instrumentis et scripturis authenticis ad sibi tam fuisse plenam et indubitatem fidem in praesentiarumque in iudicio et extra adhiberi, in quorum fidem et caetera. Datum Mediolani, die viginti <sup>2)</sup> quarto mensis Februarii 1588.

Ioannes Gaspar Gadis ... <sup>a)</sup> et Vicecancellarius predicti collegii.

a) *verbum non legitur, ob defectum membranae.*

z) *sic in ms.*

N. 120.

S.I. 29.III.1620.

*Don Godofredo Riquez  
ad Philippum III regem Hispaniae  
de opportunitate aliquid ex debito Neapolitano Sigismundo III exsolvendi  
ad Hungariam et Transilvaniam liberandas.*

*(Hisp., sine sigillo)*

*A. G. S. Estado, Leg. 712, f. 182 bis.*

Señor.

Don Godofredo Riquez dice que conbiene al serbicio de Dios y de Vuestra Magestad y de la Casa de Austria que Vuestra Magestad mande se halle un despidiente con que el Serenissimo Rey de Polonia tenga este año muy buen socorro de denero para la ricuperacion de la Ungaria contra el Transylvano y para que se haga por el dicho Serenissimo Rey la prevencion necessaria por openerse al Turco si esto fuera menester. Paresce ser el despidiente (Attento que el Embaxador del dicho Serenissimo Rey lo tiene tratado) que Vuestra Magestad mande se bea lo que puede pagar liberalmente en una vez respeto de la ordinaria que tiene el dicho Serenissimo Rey en el Reyno de Neapolis sobre el Estado de Bary, y entiendo que aunque Vuestra Magestad mande pagar al dicho Serenissimo Rey mucho mayor cantidad de maravedis que no se le deve, se havra el servicio de Vuestra Magestad, porque quedaran a Vuestra Magestad aquellos estados libres y se podra con aquella liquidacion ahorrar en el avenir

muy grande gasto ordinario y el extraordinario que aquella guerra a de costar deviendola continuar el Emperador.

Assi bien parece que ay tanto de acudir en Alemania y Bohemia que es caso forçoso tener muy grande cuydado, se haga y es de muchissima consideracion no aya tardança en la dicha prevencion porque el peligro es evidente.

Mandandole Vuestra Magestad tomara a su cargo la diligencia de aquella platica y de la manera como ello estubiera mejor al serbicio de Vuestra Magestad y de su real Casa de Austria y en lo que Vuestra Magestad le mandare recibira merced.

*In dorso:* Señor  
Don Godofredo Riquez.

*Alia manu:* A 29 de Março 1620.

*Manu diversa:*  
A Juan de Ziriça.

*Manu scriptoris litterarum.*

a) Pide se busque forma para socorrer con buena cantidad de dinero al Rey de Polonia para la recuperacion de la Ungria contra el Transilvano b).

Da a entender que si se socorre al Rey de Polonia con una buena suma por cuenta de la renta que tiene en Napoles sera muy gran parte para la recuperacion de Ungria contra el Trasilbano y que el suplicante tomara la mano en esta platica, dandole orden para ello. En 13 de Abril 1620.

*Denuo manu diversa:*

A consulta: que esto seria muy conveniente y se encargue al Consejo de Italia que lo procure encaminar.

a)-b) *verba expuncta.*

N. 121.

S.L., 15.IV.1620.

*Consilium Status  
ad Philippum III regem Hispaniae;  
deliberatio super memoriam Godofredi de Riquez de rebus Poloniae.  
(Hisp., minuta; charta lacerata)  
A. G. S. Estado, Leg. 712, f. 184.*

Señor.

Don Godofredo Riquez en un memorial remitido al Consejo presenta de quanta conveniencia seria socorrer al Rey de Polonia con una buena

suma por cuenta de la renta que tiene en Napoles sobre el Estado de Bary <sup>a)</sup> pues esto sera <sup>b)</sup> muy gran parte para la recuperacion de Ungria contra el Transilvano y quando se le dieramos cantidad de la que se le deve <sup>c)</sup> fuera muy del servicio de Vuestra Magestad por muchos respetos y ofreze tomar a su cargo la platica deste negocio para encaminarlo como mas convenga.

Y haviendolo visto el Consejo le ha pareçido representar a Vuestra Magestad que <sup>d)</sup> sera muy conviniente <sup>e)</sup> pagar al Rey de Polonia lo que se le deve, aviendose de emplear en <sup>c)</sup> el effeto que offreze el suplicante y con esta calidad <sup>f)</sup>. Seria bien encargar al Consejo de Italia que lo procure encaminar.

Vuestra Magestad etcetera.

*In dorso:* De officio <sup>c)</sup>. El Consejo de Estado a 15 de Abril.

Sobre lo que Don Godofredo Riquez dize acerca de socorrer de Napoles al Rey de Polonia.

a)-b) *suprascriptum super aliqua verba deleta.*

d) *hic verbum esto expunctum.*

c) *hic sequitur verbum deletum.*

e)-f) *additum inter lineas et in margine.*

**REGESTA**

**PARS I - ELEMENTA VIII**



PARS I - EL. VIII

N. 1.

*Gamundiae 3.VIII.1514.*

*Maximilianus I imperator  
Basilio [III, magno duci Moscoviae]  
de foedere contra regem Poloniae.  
(Lat. exempl.)  
A.G.S. Estado Leg. 635 f. 4.*

N. 2.

*Cracoviae 15.III.1524.*

*Bona regina Poloniae  
Carolo V imperatori  
Ioannem Dantiscum oratorem pro rebus ducatus Barenis accreditat.  
(Lat., orig., sig.)  
A.G.S. Estado Leg. 635 f. 41.*

N. 3.

*Cracoviae 11.IX.1525.*

*Sigismundus rex et Bona regina Poloniae  
Carolo V imperatori  
rogant ut arx Barenis eis restituatur.  
(Lat. orig., ex parte laceratum).  
A.G.S. Estado Leg. 635 f. 42.*

N. 4.

*Segesvár 25.XI.1531.*

*Ioannes [Zapolya] rex Hungariae  
ad Status Romani Imperii  
de contentione cum Ferdinando rege Romanorum iudicio regis Poloniae  
et Summi Pontificis [Clementis VII] submitienda.  
(Lat., orig., adest huius documenti exemplar E. 635 f. 150).  
A.G.S. Estado Leg. 635 f. 151.*

PARS I - EL. VIII

N. 5.

*In civitate Tornacensi [Tournai] 8.XII.1531.*

*Carolus V imperator  
universis  
de contentione cum rege Hungariae.  
(Lat., minuta)  
A.G.S. Estado Leg. 635 f. 151 (a).*

N. 6.

*[Tournai 8.XII.1531].*

*Carolus V imperator  
[Sigismundo I] regi Poloniae  
de contentione cum rege Hungariae componenda.  
(Lat., minuta)  
A.G.S. Estado Leg. 635 f. 151 (b).*

N. 7.

*Tournai 8.XII.1531.*

*Carolus V imperator  
Hieronymo Lasko [Łaski]  
de contentione inter regem Hungariae Ioannem et regem Romanorum  
Ferdinandum.  
(Lat., minuta)  
A.G.S. Estado Leg. 635 f. 151 (c).*

N. 8.

*Segesvár, s.d.*

*[Ioannes Zapolya rex Hungariae]  
ad Carolum V imperatorem  
de contentione cum Ferdinando, Romanorum rege; de Hieronymo de  
Lasko [Łaski]; de causa regi Poloniae, Pontifici Romano [Clemen-  
ti VII] et ipsi imperatori submittenda.  
(Lat., exemplar)  
A.G.S. Estado Leg. 635 f. 152.*

N. 9.

Cracoviae 15.VI.1532.

*Sigismundus I rex Poloniae  
ad Carolum V imperatorem  
exclusivum ius iudicandi de vassallo suo, Alberto duce Prussiae, sibi vindicat; sententiam in eo a Camera Imperiali prolatam reicit et revocare expostulat.*

*(Lat., orig., sig. vest.)*

A.G.S. Estado Leg. 636 f. 202.

N. 10.

Cracoviae 16.II.1532.

*Sigismundus I rex Poloniae  
ad Carolum V imperatorem  
Ioannem Dantiscum episcopum Culmensem oratorem revocat; Cornelium Scerperum ad negotia in aula imperiali curanda designat.*

*(Lat., orig., sig.)*

A.G.S. Estado Leg. 636 f. 203.

N. 11.

Cracoviae 15.VI.1532.

*Sigismundus I rex Poloniae  
Carolo V imperatori  
de actis et agendis in contentione de regno Hungariae componenda.*

*(Lat., orig.)*

A.G.S. Estado Leg. 636 f. 204.

N. 12.

Cracoviae 18.II.1532.

*Sigismundus I rex Poloniae  
Carolo V imperatori  
nuntiat adversarium regis Romanorum [Ioannem Zapolyam regem Hungariae] Patavium nuntios mittere ad pacem procurandam nolle; Cracoviam eos convenire proponit.*

*(Lat., orig., sig.)*

A.G.S. Estado Leg. 636 f. 205.



PARS I - EL. VIII

N. 13.

Cracoviae 7.IX.1532.

*Bona regina Poloniae  
Carolo V imperatori  
de reditu Ioannis Dantisci oratoris; de rebus ducatus Barensis; Fabianum  
Dameraw aulicum suum et Cornelium Scepperum accreditat.*  
(*Lat., orig., sig.*)  
A.G.S. Estado Leg. 636 f. 206.

N. 14.

Cracoviae 5.IX.1532.

*Christophorus de Szydłowiec Regni Poloniae cancellarius  
ad Carolum V imperatorem  
de oblata a Dantisco propositione foederis inter imperatorem et regem  
Poloniae contra Turcos.*  
(*Lat., orig., sig.*)  
A.G.S. Estado Leg. 636 f. 221.

N. 15.

Cracoviae 3.IX.1532.

*Ioannes [Dantiscus] episcopus Culmensis  
ad Carolum V imperatorem  
quomodo in Poloniam rediit, litteras imperatoris reddidit, omnes erga eum  
obsequentes invenit.*  
(*Lat., orig., sig.*)  
A.G.S. Estado Leg. 636 f. 222.

N. 15 bis.

s.l., s.d

*[Dantiscus] regis Poloniae orator  
[ad Carolum V imperatorem]  
memoriale de rebus ducis Prussiae.*  
(*Lat., orig.*)  
A.G.S. Estado Leg. 636 f. 223.

N. 16.

*Sandomiriae 10.VIII.1532.*

*Ioannes comes de Tarnów [Tarnowski]  
ad Carolum V imperatorem  
ob litteras sibi missas gratias agit, equos dono mittit, regi Romanorum  
[Ferdinando] se assistere declarat.*

*(Lat., orig., sig.)*

*A.G.S. Estado Leg. 636 f. 225.*

N. 17.

*Ratisbonae 17.III.1532.*

*Carolus V imperator  
ad Sigismundum I regem Poloniae  
de litteris regis 18 februarii deque promptitudine in negotia Hungariae  
inter Ferdinandum et adversarios componenda gratias agit, in con-  
veniando Patavii insistit.*

*(Lat., minuta).*

*A.G.S. Estado Leg. 636 f. 226.*

N. 18.

*s.l., s.d. [1532].*

*Carolus V imperator  
ad « Principes »  
de discrimine inter Ferdinandum regem Romanorum suosque adversarios  
de regno Hungariae, deque parte regis Poloniae in eadem re.*

*(Lat., minuta).*

*A.G.S. Estado Leg. 636 f. 227.*

N. 19.

*Ratisbonae 3.VII.1532.*

*Carolus V imperator  
ad Sigismundum I regem Poloniae  
de dissidio Hungarico.*

*(Lat., minuta)*

*A.G.S. Estado Leg. 636 f. 228.*

N. 20.

Litpae 6.V.1532.

*Ioannes [Zapolya] rex Hungariae  
ad Sigismundum I regem Poloniae  
de dissidio cum Ferdinando rege Romanorum componendo.  
(Lat., exemplar)  
A.G.S. Estado Leg. 636 f. 229.*

N. 21.

s.l., s.d. [1532].

*[Status imperii]  
[ad Carolum V imperatorem]  
de rebus Prussiae, de margravio Alberto, de Ordine Teutonico, de iuribus  
imperii in Prussia.  
(Gall. exemplar.)  
A.G.S. Estado Leg. 636 f. 230.*

N. 22.

Viennae 29.I.1535.

*Ferdinandus rex Romanorum  
ad Carolum V imperatorem  
Fabianum Dameraw consiliarium reginae Poloniae commendat.  
(Lat., orig., sig.)  
A.G.S. Estado Leg. 637 f. 18.*

N. 23.

Vilnae 6.XII.1534.

*Bona regina Poloniae  
ad Carolum V imperatorem  
Fabianum Dameraw aulicum suum oratorem in « certis negotiis » accre-  
ditat.  
(Lat., orig., sig.)  
A.G.S. Estado Leg. 637 f. 19.*

N. 24.

Viennae 19 et 20.X.1538.

*Cardinalis de Trento*  
*ad Lope de Soria*  
*de d.r., i.a. de matrimonio Ioannis [Zapolyae] regis Hungariae*  
*cum filia [Sigismundi I] regis Poloniae.*  
*(Hisp., exemplar)*  
A.G.S. Estado Leg. 637 f. 90.

N. 25.

s.l., s.d. [1538].

*Ignotus*  
*ad ignotos (avviso)*  
*relatio de rebus Moldaviae, Turciae et Poloniae.*  
*(Hisp., exemplar).*  
A.G.S. Estado Leg. 637 f. 92.

N. 26.

Cracoviae 28.I.1540.

*Bona regina Poloniae*  
*ad Franciscum de Covos*  
*commendat Ioannem Ocieski, quem Carolo V imperatori mistt.*  
*(Lat., orig., sigil.)*  
A.G.S. Estado Leg. 638 f. 1.

N. 27.

Gandaviae, s.d., III.1540.

*Laschi [Łaski Hieronymus]*  
*relatio de rebus nomine Ferdinandi regis Romanorum apud Turcas actis.*  
*(Hisp. Habetur huius relationis summarium abbreviatum v. N. 28)*  
A.G.S. Estado Leg. 638 f. 6.

N. 28.

s.l., s.d. [1540].

*Ignotus*  
*ad usum officii*  
*summarium abbreviatum relationis [Hieronymi] Łaski de rebus apud*  
*Turcas actis.*

(*Hisp. pleniorum textum vide E. 638 f. 6.*)

A.G.S. Estado Leg. 638 f. 8.

N. 29.

Vilnae 18.III.1541.

*Bona regina Poloniae*  
*ad Franciscum de Covos*  
*commendat nuntium [Stanislaum Maciejowski] Sigismundi I ad curiam*  
*imperatoris missum.*

(*Lat. et ital., orig., sig. vest.*)

A.G.S. Estado Leg. 638 f. 190.

N. 30.

Vilnae 20.III.1541.

*Sigismundus I rex Poloniae*  
*ad Franciscum de Covos*  
*commendat Stanislaum Maciejowski ad Carolum V missum.*

(*Lat. orig., sig. vest.*)

A.G.S. Estado Leg. 638 f. 191.

N. 31.

Ratisbonae 21.II.1541.

[*Ignotus*]  
*pro memoria*  
*de rebus Budae ab [Isabella] regina Hungariae actis.*

(*Hisp.*)

A.G.S. Estado Leg. 638 f. 192.

N. 32.

s.l., s.d. [1542].

*Bona regina Poloniae  
ad Ioannem Baptistam de Molina  
de negotiis ducatus Bari.  
(Lat. et ital., orig., sig.)  
A.G.S. Estado Leg. 639 f. 2.*

N. 33.

s.l., s.d.

*Massimo di Spilembergo  
ad ignotum [aulicum regis Hispaniae?]  
rogat, ut mille scudi Tulliae da Toppo debiti ex legato reginae Poloniae  
sibi solvantur.  
(Ital., orig.)  
A.G.S. Estado Leg. 641 f. 2.*

N. 34.

s.l., s.d.

*Ioannes Fulimos Braunsbergensis  
ad ignotum principem ecclesiasticum  
subsidiâ ad studia continuanda petit.  
(Lat.)  
A.G.S. Estado Leg. 641 f. 60.*

N. 35.

*Augustae 12.X.1547.*

*[Carolus V imperator]  
ad vice-regem Neapolis instructio  
de d.r., i.a. de ducatu Barensi.  
(Hisp. minuta)  
A.G.S. Estado Leg. 644 f. 160.*

PARS I - EL. VIII

N. 36.

*Varsaviae 27.II.1549.*

*Bona regina Poloniae  
Philippo principi Hispaniarum  
nuntium suum Alfonsum Gualandum Neapolitanum accreditat.  
(Lat., orig., sig.)  
A.G.S. Estado Leg. 645 f. 4.*

N. 37.

*Viennae 4.VIII.1558.*

*Episcopus Aquilae [Alvarez della Quadra]  
ad Philippum II regem Hispaniae.  
(Hisp. minuta, orig. v. infra N. 54)  
A.G.S. Estado Leg. 646 f. 256.*

N. 38.

*Krzepice 26.III.1553.*

*Isabella regina Hungariae  
Carolo V imperatori  
commendat et accreditat Ioannem Laurentium Pappacoda.  
(Lat. et ital. orig., sig. ex parte laceratum)  
A.G.S. Estado Leg. 649 f. 1.*

N. 39.

*Varsaviae, 20.III.1553.*

*Bona regina Poloniae  
Carolo V imperatori.  
accreditat Ioannem Laurentium Pappacoda.  
(Lat., orig., sig. vest.)  
A.G.S. Estado Leg. 649 f. 2.*

N. 40.

*Varsaviae 7.VII.1553.*

*Bona regina Poloniae  
Carolo V imperatori  
promittit praestitum dare a Pappacoda « nostro oratore » negotiatum.  
(Lat., et it., orig. sig. vest.)  
A.G.S. Estado Leg. 649 f. 3.*

N. 41.

*Varsaviae, 31.III.1554.*

*Bona regina Poloniae  
Carolo V imperatori  
gratias agit pro duobus privilegiis per oratorem Ioannem Pappacodam  
acceptis.  
(Lat., et it., orig., sig. vest.)  
A.G.S. Estado Leg. 649 f. 4.*

N. 42.

*Varsaviae, 8.VII.1554.*

*Bona regina Poloniae  
Carolo V imperatori  
oratore suum Pappacodam iterum commendat.  
(Lat., orig., sig. vest.)  
A.G.S. Estado Leg. 649 f. 5.*

N. 43.

*Bruzellis, 10.XI.1554.*

*Carolus V imperator  
ad Bonam reginam Poloniae  
Pappacodam acceptat; I. B. Castaldum marchionem Cassani commendat.  
(Lat., minuta)  
A.G.S. Estado Leg. 649 f. 6.*



PARS I - EL. VIII

N. 44.

Varsaviae, 18.XI.1555.

*Bona regina Poloniae  
ad Carolum V imperatorem  
de intentione Italiam proficiscendi.  
(Lat. et it., orig., sig.)  
A.G.S. Estado Leg. 649 f. 7.*

N. 45.

Pragae, 15.VIII.1558.

*Ferdinandus [archidux Austriae]  
Philippo II regi Hispaniae  
Nicolaum Broniewski, militem Polonum, commendat.  
(Lat., orig.)  
A.G.S. Estado Leg. 649 f. 123 y 124.*

N. 46.

s.l. s.d. [1558?].

*Nicolaus Broniewski, eques Polonus  
[Philippo II regi Hispaniae]  
servitia sua militaria Carolo V facta commemorat, seipsum iterum com-  
mendat.  
(Lat., orig.)  
A.G.S. Estado Leg. 649 f. 124.*

N. 47.

s.l. [1557?].

*Ignotus  
ignoto.  
Nota de adventu legati Bonae reginae Poloniae ad Henricum II regem  
Galliae missi, deque feudis in regno Neapolitano.  
(Hisp.)  
A.G.S. Estado Leg. 649 f. 130.*

N. 48.

s.l. ....VII.1558.

*Ignotus*

*ad usum officii.*

*Relatio litterarum episcopi Aquilae [Alvarez della Quadra] de 3.VII.1558,  
de d.r., i.a. de feudo in regno Neapolitano.*

*(Hisp. Habetur originale, v. N. 53)*

*A.G.S. Estado Leg. 649, f. 159.*

N. 49.

*Bruxellis, 15.VII.1558.*

*Philippus II rex Hispaniae.*

*episcopo Aquilae [Alvarez della Quadra]*

*de d.r., i.a. de « quaesitis legati Poloniae ».*

*(Hisp. orig.)*

*A.G.S. Estado Leg. 649 f. 160.*

N. 50.

*Bruzellis, 21.V.1558.*

*Philippus II rex Hispaniae*

*episcopo Aquilae [Alvarez della Quadra]*

*instructio de rebus agendis apud Ferdinandum I imperatorem i.a. de  
intercessione regis Poloniae apud Turcam pro pace servanda.*

*(Hisp., orig.)*

*A.G.S. Estado Leg. 649 f. 161.*

N. 51.

*Viennae, 3.VII.1558.*

*Episcopus Aquilae [Alvarez della Quadra]*

*Philippo II regi Hispaniae*

*de rebus actis in curia Ferdinandi I imperatoris, i.a. de legatorum regis  
Poloniae querela de ducatu Barensi.*

*(Hisp. orig. sig.)*

*A.G.S. Estado Leg. 649 f. 169.*

PARS I - EL. VIII

N. 52.

s.l. 9.VII.1558.

*Ignotus*

*ad usum officii*

*abbreviatio relationis episcopi Aquilae [Alvarez della Quadra] de die 9  
julii [1558] de querela de ducatu Barensi et de negotio pacis cum  
Turca.*

*(Hisp.)*

*A.G.S. Estado Leg. 649 f. 170.*

N. 53.

*Viennae, 31.VII.1558.*

*Episcopus Aquilae [Alvarez della Quadra]*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*de litteras quas misit « sobre el negocio del Rey de Polonia ».*

*(Hisp., orig., sig. cfr. N. 48)*

*A.G.S. Estado Leg. 649 f. 172.*

N. 54.

*Viennae, 5.VIII.1558.*

*Episcopus Aquilae [Alvarez della Quadra]*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*de d.r., i.a. de incursione Tartarorum in Poloniam.*

*(Hisp., orig., sigil.)*

*A.G.S. Estado Leg. 649 f. 173.*

N. 55.

*Augustae Vindelicorum, 17.VIII.1559.*

*Ferdinandus I imperator*

*Philippo II regi Hispaniae*

*de bello a principe Moscoviae Livoniae illato.*

*(Lat., orig., sig., vest.)*

*A.G.S. Estado Leg. 650 f. 13.*

N. 56.

Viennae, 28.VII.1560.

*Ferdinandus I imperator  
Philippo II regi Hispaniae  
de bello Moscovitarum in Livonia.*

*(Lat., orig., sig. Habetur abbreviatus textus in lingua hisp. E. 650 f. 27)*  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 26.

N. 57.

Viennae, 16.IV.1561.

*Ferdinandus I imperator  
Philippo II regi Hispaniae  
Ioannem comitem de Tęczyn, iuvenem Polonum, commendat.*

*(Lat., orig., sig.)*  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 34.

N. 58.

Pragae, 22.X.1561.

*Ferdinandus I imperator  
Philippo II regi Hispaniae  
Petrum Roysium Maureum, Hispanum, in servitio regis Poloniae ma-  
nentem, ad Collegium Auditorum S. R. Rotae adscribi volentem  
commendat.*

*(Lat., orig., sig.)*  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 46.

N. 59.

Viennae, 28.II.1560.

*Comes de Luna, orator apud imperatorem  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de instantia imperatoris ut «negotium Poloniae» quo citius  
resolvatur.*

*(Hisp., orig., sig.)*  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 76.

N. 60.

Viennae, 15.XI.1560.

*Comes de Luna  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de petitione ducis Moscoviae ad regem Poloniae, ut sibi unam  
ex sororibus det in matrimonium.  
(Hisp., orig., sig., brevior relatio 650. f. 52.)  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 88.*

N. 61.

Viennae, 28.XII.1560.

*Comes de Luna  
ad Philippum II regem Hispaniae.  
(Exemplar, cuius orig. datur sub N. 64)  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 90.*

N. 62.

Viennae, 24.IV.1561.

*Comes de Luna  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de rebus Poloniae, Livoniae et Moscoviae.  
(Hisp., orig., sig.; adest brevis relatio E. 650 f. 54)  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 99 y 100.*

N. 63.

Viennae, 15.VII.1561.

*Comes de Luna  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de litteris a cardinali Hosio acceptis, secundum quas patriar-  
cha Constantinopolitanus regem Poloniae rogat, ut contra lutheranos  
procedat.  
(Hisp., orig., sig.; adest relatio brevis E. 650 f. 56)  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 108.*

N. 64.

Viennae, 28.XII.1560.

*Comes de Luna  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de replica a rege Poloniae principi Moscoviae data, qui sororem regis sibi in uxorem dandam petierat.  
(Hisp., orig., sig.; habetur exemplar E. 650 f. 90)  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 120.*

N. 65.

Gandaviae, ....VIII.1559.

*Philippus II rex Hispaniae  
ad Sigismundum Augustum regem Poloniae  
Ioannem Basenum [Bażeński?] de Prussia commendat.  
(Lat. minuta)  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 146.*

N. 66.

Toleti, 7.IV.1560.

*Philippus II rex Hispaniae  
ad comitem de Luna  
de d.r., i.a. de rege Poloniae deque ducatu Barensi.  
(Hisp., minuta)  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 150.*

N. 67.

Vilnae, 1.I.1561.

*Sigismundus Augustus rex Poloniae  
ad Gundislaum Peresium [Gonzalo Pérez]  
Petrum Wolski, secretarium suum, ad Philippum II proficiscentem, commendat.  
(Lat., orig., sig., vest.)  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 178.*

N. 68.

s.l., s.d. [I.1561?].

*Ignotus [Petrus Wolski?]  
ad Philippum II regem Hispaniae  
pro memoria de bonis maternis Sigismundi Augusti in Italia.  
(Lat., nec subscriptum, nec sigillatum)  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 178 (1).*

N. 69.

Vilnae, 4.VIII.1561.

*Catharina regina Poloniae  
ad Philippum II, regem Hispaniae  
Petrum Royzium Maureum Hispanum commendat.  
(Lat., orig., sig. vestig.)  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 178 (2).*

N. 69 bis.

Regiomonti, 10.X.1561.

*Albertus Prussiae dux  
Philippo II regi Hispaniae  
falcones mittit.  
(Lat., orig.)  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 176*

N. 70.

Augustae - s.d. [1560].

*Ignotus  
ad diversos non nominatos (« aviso »)  
de bello in Livonia.  
(It.)  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 192.*

N. 71.

Viennae, 18.III.1561.

*Seldt [vicecancellarius]  
ad Pfintzing  
de d.r., i.a. de rebus Poloniae cum Moscovia.  
(Gallice)  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 195.*

N. 72.

s. l. 17.VI.1561.

*Ignotus  
ad diversos non nominatos («avviso»)  
de rebus Livoniae, i. a. de civitatis Revaliensis ad Suecos appellatione.  
(Lat.)  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 205.*

N. 73.

Vilnae 4.VIII.1561.

*Ignotus  
ad diversos non nominatos («avviso»)  
de missione Canobii, et de patriarcha Constantinopolitano.  
(Hisp.)  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 207.*

N. 74.

s.l., s.d. [1561].

*Ignotus  
ad usum officii  
relatio de rebus a Pio IV papa per Canobium nuntium Ferdinando I im-  
peratori propositis deque eiusdem imperatoris responsibus, i.a. de  
rebus Moscoviae.  
(Lat.; adest aliud exemplar eiusdem relationis E. Leg. 650 f. 222 v. N. 75)  
A.G.S. Estado Leg. 650 f. 220.*



PARS I - EL. VIII

N. 75.

s.l., s.d. [1561].

*Ignotus*

*ad usum officii.*

*(Lat.; aliud exemplar huius documenti adest E. Leg. 650 f. 220, N. 74)*

*A.G.S. Estado Leg. 650 f. 222.*

N. 76.

*Viennae, 4.V.1562.*

*Maximilianus, rex Bohemiae*

*Philippo II, regi Hispaniae*

*Comitem de Thenczin [Tęczyn] commendat.*

*(Hisp., orig., sig. vest.)*

*A.G.S. Estado Leg. 651 f. 14.*

N. 77.

*Pragae, 18.VI.1562.*

*Ignotus [Seldt?]*

*ad card. Granvellam*

*de d.r., i.a. de matrimonio sororum regis Poloniae cum fratribus regis  
Sueciae; de rebus Livoniae.*

*(Lat.)*

*A.G.S. Estado Leg. 651 f. 134.*

N. 78.

*s. l. 2.VII.1562.*

*Seldt, vicecancellarius*

*[ad card. Granvellam?]*

*de d.r., i.a. de bello Livonico.*

*(Lat.)*

*A.G.S. Estado Leg. 651 f. 142.*

N. 79.

Oeniponti 2.IV.1563.

*Seldt, vicecancellarius  
ad diversos non nominatos («avviso»), i.a. ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de bello a Moscovita Poloniae illato; de civitate Vilmensi in periculo posita.*

(Hisp.)

A.G.S. Estado Leg. 652 f. 76.

N. 80.

Viennae, 8.IV.1561.

*Seldt, vicecancellarius  
ad ignotum praelatum principem [card. Granvella?]  
de conflictu regis Poloniae cum Moscovia, de conditionibus in Polonia, de probabili divisione Livoniae.*

(Lat.)

A.G.S. Estado Leg. 652 f. 200.

N. 81.

Regiomonti, 8.X.1563.

*Albertus Brandenburgensis dux in Prussia  
Philippo II regi Hispaniae  
falcones mittit.*

(Lat., orig., sig. vest.)

A.G.S. Estado Leg. 653 f. 1.

N. 82.

Regiomonti, 2.X.1565.

*Albertus, Brandenburgensis dux in Prussia  
Philippo II regi Hispaniae  
falcones mittit.*

(Lat., orig., sig. vest.)

A.G.S. Estado Leg. 653 f. 2

N. 83.

*Varsaviae, 5.II.1564.*

*Ignotus*

*ad ignotum («avviso»)*

*de victoria a campiductore Lithuaniae supra Moscos obtenta.*

*(Lat., exempl.)*

*A.G.S. Estado Leg. 653 f. 3*

N. 84.

*Viennae, 25.V.1565.*

*Perrenot de Chantone*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*de d.r., i.a. de legato Poloniae Viennae deque tractationibus.*

*(Hisp., orig., sig.)*

*A.G.S. Estado Leg. 653 f. 29.*

N. 85.

*Viennae, [9.VI.1563.]*

*Perrenot de Chantone*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*de d.r., i.a. de tractationibus cum legato regis Poloniae.*

*(Hisp., orig., ex parte cryptogr.)*

*A.G.S. Estado Leg. 653 f. 33.*

N. 86.

*Viennae, 1.X.1565.*

*Perrenot de Chantone*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*de d.r., i.a. de prospectata separatione reginae Poloniae a marito.*

*(Hisp., orig., ex parte cryptogr.)*

*A.G.S. Estado Leg. 653 (sine folio).*

N. 87.

s.l., post 31.VIII.1566.

*Ignotus*

*ad usum officii*

*extractus litterarum episcopi Quinque Ecclesiarum, oratoris Maximiliani II imperatoris in aula Sigismundi Augusti regis Poloniae, atque relatio responsionis eiusdem regis eidem imperatori de praestito a Bona regina Carolo V dato.*

(Lat.)

A.G.S. Estado Leg. 654 f. 88.

N. 88.

s.l. 5.VIII.1566.

*Ignotus*

*ad usum officii*

*relatio hispanica litterarum episcopi Quinque Ecclesiarum ad Maximilianum II.*

(Hisp.)

A.G.S. Estado Leg. 654 f. 89.

N. 89.

Viennae 29.VI.1566.

*Perrenot de Chantone*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*de d.r., i.a. de rebus regis Poloniae cum Moscovia.*

(Hisp. orig., sig. ex parte cryptogr.)

A.G.S. Estado Leg. 655 f. 52.

N. 90.

Viennae, 3.VIII.1566.

*Perrenot de Chantone*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*de d.r., i.a. de rebus Poloniae cum Suecia et Moscovia, de Revalia et Riga.*

(Hisp., orig., sig.)

A.G.S. Estado Leg. 655 f. 54.

PARS I - EL. VIII

N. 91.

« Del Campo del Emperador sobre Javarin », 22.IX.1566.

*Perrenot de Chantone*  
*ad Philippum II regem Hispaniae*  
*de d.r., i.a. de regis Poloniae ira ob negotia neapolitana.*  
(Hisp.)  
A.G.S. Estado Leg. 655 f. 61.

N. 92.

« Del Campo del Emperador delante Javarin », 24.IX.1566.

*Perrenot de Chantone*  
*ad Philippum II regem Hispaniae*  
*de d.r., i.a. de pecunia regi Poloniae debita.*  
(Hisp., exempl., orig. v. N. 93.)  
A.G.S. Estado Leg. 655 f. 62, 2.o

N. 93.

« Del Campo del Emperador delante Javarin » 24.IX.1566.

*Perrenot de Chantone*  
*ad Philippum II regem Hispaniae*  
*de d.r., i.a. de pecunia regi Poloniae debita.*  
(Hisp., orig., sig.; ex parte cryptogr. Exemplar v. N. 92).  
A.G.S. Estado Leg. 655 <sup>a)</sup> f. 62, 2.o

N. 94.

Viennae, 2.XI.1566.

*Perrenot de Chantone*  
*ad Philippum II regem Hispaniae*  
*de d.r., i.a. de adventu Viennam [Catharinae] reginae Poloniae.*  
(Hisp., partim cryptogr., orig., sig.)  
A.G.S. Estado Leg. 655 f. 67.

N. 95.

*Regiomonti, 7.X.1566.*

*Albertus Brandenburgensis, in Prussia dux  
Philippo II regi Hispaniae  
pro consuetudine annua decem falcones mittit.  
(Lat. orig.)  
A.G.S. Estado Leg. 655 f. 70.*

N. 96.

*Viennae, 15.I.1567.*

*Ignotus  
ad personas non nominatas (« avviso »)  
de d.r., i.a. de Tartaris in Valachia.  
(Hisp.)  
A.G.S. Estado Leg. 656 f. 1.*

N. 97.

*Regiomonti, 26.IX.1567.*

*Albertus, marchio Brandenburgensis ac in Prussia dux  
ad Philippum II regem Hispaniae  
falcones mittit.  
(Lat., orig.)  
A.G.S. Estado Leg. 656 f. 14.*

N. 98.

*Matriti, 17.IV.1565.*

*A. Dietrichstein.  
ad Philippum II regem Hispaniae.  
de d.r., i.a. de regis Poloniae matrimonio.  
(Hisp., orig., sigil.)  
A.G.S. Estado Leg. 657 f. 2.*

N. 99.

Constantinopoli, 28.XII.1566.

*Ignotus*

*ad ignotum*

*timorem exprimit ne Turci pace cum Persis, Polonis, Venetis conclusa contra imperatorem se vertant.*

(*Lat., exemplar*)

A.G.S. Estado Leg. 657 f. 13.

N. 100.

Pragae, 31.III, 1.IV.1567.

*Perrenot de Chantone*

*ad Philippum II, regem Hispaniae*

*de d.r., i.a. de duce Lignicensi, subdito coronae Bohemiae, et de conflictu Polonorum cum Suecis inter Revaliam et Pernoviam.*

(*Hisp., orig., sigil.*)

A.G.S. Estado Leg. 657 f. 29.

N. 101.

s.l., [post 12.VII.1567.]

*Ignotus*

*ad usum officii*

*relatio epistolae Perrenot de Chantone ad regem Hispaniae Vienna 28.V.1567, de d.r., i.a. de apostasia episcopi Quinque Ecclesiarum, qui munere legati imperatoris in Polonia fungebatur.*

(*Hisp.*)

A.G.S. Estado Leg. 657 f. 44.

N. 102.

s. l. - s. d. [1567].

*Ignotus*

*ad personas non determinatas («avviso?»)*

*de ingressu Grodnam legationis quam Moschus ad regem Poloniae misit.*

(*Lat. Adest eiusdem scripti exemplar. E. 657 f. 55 item versio hisp. E 672 f. 54*)

A.G.S. Estado Leg. 657 f. 56.

N. 103.

s.l. [post 25.VII.1567].

*Ignotus*

*ad personas non determinatas («avviso?»)*

*de clade quam Romanus [Sanguszko] exercitui moscovitico attulit [ad Czasniki] super flumen Dvina.*

*(Lat., item vers. hisp. E 672, f. 52)*

*A.G.S. Estado Leg. 657 f. 57.*

N. 104.

*Matriti 23.VIII.1568.*

*A. Dietrichstein*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*de d.r., i.a. de differentia cum rege Poloniae componenda.*

*(Hisp., orig.)*

*A.G.S. Estado Leg. 658 f. 10.*

N. 105.

*Wadstenis, 9.X.1569.*

*Ioannes III rex Sueciae*

*Philippo II regi Hispaniae*

*de rebellionem Erici, fratris sui, deque d.r., i.a. de rebus Poloniae.*

*(Lat., orig., sig. vest., maxima forma; charta ex parte delacerata)*

*A.G.S. Estado Leg. 658 f. 75.*

N. 106.

*s.l. s.d. [1573].*

*Ignotus*

*ad ignotum [Philippum II regem Hispaniae?].*

*de 30.000 florenis expensis in negotio electionis archiducis Ernesti in regem Poloniae.*

*(Hisp.)*

*A.G.S. Estado Leg. 659 f. 90.*



N. 107.

*Madriti s.d. 1569.*

*Philippus II rex Hispaniae  
ad Sigismundum Augustum regem Poloniae.  
de Petro Volscio [Dunin Wolski], post 8 annos Poloniam revertente.  
(Lat., minuta)  
A.G.S. Estado Leg. 660 f. 54.*

N. 108.

*El Escorial. s.d. XI.1569.*

*Philippus II rex Hispaniae  
ad Sigismundum Augustum, regem Poloniae  
de morte oratoris Petri Boschi  
(Lat., minuta)  
A.G.S. Estado Leg. 660 f. 55.*

N. 109.

*El Escorial, 9.XI.1569.*

*Philippus II rex Hispaniae  
ad Sigismundum Augustum regem Poloniae  
de morte oratoris Petri Borzii.  
(Lat., minuta)  
A.G.S. Estado Leg. 660 f. 56.*

N. 110.

*Moscoviae, mense Januarii 1575.*

*Ioannes Bastlides czar  
ad Maximilianum II imperatorem  
Zachariam Iwanowicz Bieloserski et Andream Archibascoff, nuntios suos,  
accreditat.  
(Versio lat., exemplar)  
A.G.S. Estado Leg. 660 f. 89.*

N. 111.

*E diversis locis Germaniae, ...V.VI, 1569.*

*Ignotus*

*ad destinatarios non nominatos («avviso»)*

*de d.r., i.a. de fama [falsa] secundum quam rex Poloniae mortuus esset  
et de futura regis electione.*

*(Hisp.)*

*A.G.S. Estado Leg. 660 f. 107.*

N. 112.

*Presburg, 23, 30.VII  
6, 13, 20, 27, VIII, 3.IX.1569.*

*Perrenot de Chantone*

*ad ducem Albae*

*de d.r., i.a. de imperatoris intentione regem Poloniae videre, deque prospectato regis Poloniae divortio et eiusdem regis cum filia imperatoris matrimonio.*

*(Hisp., exemplar, «descifrada»)*

*A.G.S. Estado Leg. 661 f. 2.*

N. 113.

*Viennae, 16.VII.1569.*

*Perrenot de Chantone*

*ad ducem Albae*

*de d.r., i.a. de prospectato conventu imperatoris cum rege Poloniae.*

*(Hisp., exemplar, «descifrada». Idem textus invenitur sub N. 120.)*

*A.G.S. Estado Leg. 661 f. 3.*

N. 114.

*Viennae, 18.VII.1569.*

*Perrenot de Chantone*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*de d.r., i.a. de prospectato imperatoris Wratislaviae cum rege Poloniae conventu; de regina Catharina.*

*(Hisp., orig., sig., ex parte cryptogr.)*

*A.G.S. Estado Leg. 661 f. 4.*

N. 115.

*Presburgi, 12-13.IX.1569.*

*Perrenot de Chantone  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de remisso ad posteriora tempora conventu imperatoris cum  
rege Poloniae.  
(Hisp., orig., sigil., ex parte cryptogr.)  
A.G.S. Estado Leg. 661 f. 15.*

N. 116.

*s.l., 17.IX.1569.*

*Perrenot de Chantone  
ad duces Albae  
de d.r., i.a. de prospectato conventu imperatoris cum rege Poloniae, deque  
vocibus de regis divortio prospectato [a Catharina Austriaca].  
(Hisp., exemplar)  
A.G.S. Estado Leg. 661 f. 21.*

N. 117.

*Regiomonti, 30.IX.1569.*

*Albertus Fridericus, dux in Prussia  
ad Philippum II regem Hispaniae  
falcones mittit.  
(Lat., orig.)  
A.G.S. Estado Leg. 661 f. 22.*

N. 118.

*Viennae, 10.XII.1569.*

*Perrenot de Chantone  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de accepto nuntio secretarii defuncti oratoris Poloniae.  
(Hisp., orig., sig.)  
A.G.S. Estado Leg. 661 f. 64.*

N. 119.

S. l., 4.VI.1569.

*Perrenot de Chantone*  
*ad ducem Albae*  
*de d.r., i.a. de oratore misso a Turcis ad regem Poloniae.*  
*(Hisp., exemplar ex parte cryptogr.)*  
A.G.S. Estado Leg. 661 f. 78.

N. 120.

[*Viennae*] 2, 9, 16.VII.1569.

*Perrenot de Chantone*  
*ad ducem Albae*  
*de d.r., i.a. de regina Poloniae; de remisso conventu imperatoris cum rege*  
*Poloniae.*  
*(Hisp., exemplar)*  
A.G.S. Estado Leg. 661 f. 91.

N. 121.

s.l., 22.VI et 18.VII.1569.

*Ignotus*  
*ad usum officii*  
*abbreviata relatio Perrenot de Chantone ad Philippum II regem Hispaniae,*  
*de 22.VI. et 18.VII.1569, de d.r., i.a. de relatione regis Poloniae ad*  
*domum austriacam.*  
*(Hisp.; habetur relatio originalis v. N. 114)*  
A.G.S. Estado Leg. 661 f. 92.

N. 122.

*Viennae*, 28.V.1569.

*Maximilianus II, imperator*  
*ad Philippum II, regem Hispaniae*  
*de d.r., i.a. de dote reginae Poloniae.*  
*(Lat., orig., sig., in parte cryptograph.)*  
A.G.S. Estado Leg. 662 f. 62 a 64

N. 123.

*Spirae, 30.X.1570.*

*Perrenot de Chantone  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de Riga a Moscovitis in periculo posita, deque huius periculi ad totam  
christianitatem extensione.  
(Hisp., « Descifrada ») .  
A.G.S. Estado Leg. 663 f. 26.*

N. 124.

*Guadalupe, 4.II.1570.*

*Philippus II, rex Hispaniae  
Alberto Friderico Brandenburgensi in Prussia duci  
gratias agit ob falcones sibi dono datos.  
(Lat., minuta)  
A.G.S. Estado Leg. 663 f. 44.*

N. 125.

*s.l. 8.VII. [1570]*

*Perrenot de Chantone  
ad ducem Albae  
de d.r., i.a. de regum Daniae et Poloniae prospectato foedere cum regina  
Angliae.  
(Hisp., exempl., ex parte cryptogr.)  
A.G.S. Estado Leg. 663 f. 84.*

N. 126.

*Matriti 12.I.1570.*

*Philippus II rex Hispaniae  
ad comitem de Montagudo  
instructio generalis de legatione ad curiam [Maximillani II] imperatoris,  
de d.r., i.a. de regina Poloniae [Catharina Austriaca].  
(Hisp., minuta).  
A.G.S. Estado Leg. 664 f. 1.*

N. 127.

s.l. 30.VIII. et 12.IX.1570.

*Comes de Montagudo*

*ad ducem Albae*

*de d.r., i.a. de pace inter regem Poloniae et Moscovitam, deque eius relationibus cum rege Daniae; de legatione Transilvani.*

*(Hisp., ex parte cryptogr., exemplar).*

*A.G.S. Estado Leg. 664 f. 17.*

N. 128.

*Regiomonti, 28.IX.1570.*

*Albertus Fridericus Brandenburgensis, in Prussia dux*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*falcones mittit.*

*(Lat., orig.)*

*A.G.S. Estado Leg. 664 f. 39.*

N. 129.

*Spirae, 30.X.1570.*

*Comes de Montagudo*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*de d.r., i.a. de foedere contra Turcas, deque regis Poloniae parte sumenda in eo.*

*(Hisp. orig., sig. ex parte cryptogr.)*

*A.G.S. Estado Leg. 664 f. 43.*

N. 130.

*s.l., s.d. [post 27.I.1571].*

*Ignotus*

*ad usum officii*

*relatio brevis scripti comitis de Montagudo ad Philippum II de Spira die 14.XII.1570.*

*(Hisp., orig. v. N. 131).*

*A.G.S. Estado Leg. 644 f. 49.*

PARS I - EL. VIII

N. 131.

Spirae, 9 et 14.XII.1570.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de rebus Sveciae, Daniae et Moscoviae, de ducis Prussiae et  
imperatoris prospectato bello in Livonia ad recuperanda ea quae  
« ab Imperio sunt perdita ».*

*(Hisp., orig., ex parte cryptogr., sig.; adest relatio brevis, N. 130).*

*A.G.S. Estado Leg. 664 f. 51-52.*

N. 132.

Spirae, 22.XI.1570.

*Missi regis Hispaniae in Comitibus Spirensibus  
ad ducem Albae  
de rebus Livoniae et regis Poloniae prospectata tregua cum Moscovitis.  
(Gall., exemplar.)*

*A.G.S. Estado Leg. 664 f. 57.*

N. 133.

S.l., s.d. [1570].

*Ignotus  
Ignoto  
de speculatoribus occultis Turcarum in diversis terris, i.a. in Polonia.  
(Ital.)*

*A.G.S. Estado Leg. 664 f. 92.*

N. 134.

Viennae 28.V.1569.

*Luis Venegas, orator in curia imperiali  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. notat praesentiam reginae Poloniae [Catharinae] in Linz.  
(Hisp., orig., sig.)*

*A.G.S. Estado Leg. 665 f. 7.*

N. 135.

*Regiomonti, 20.IX.1571.*

*Albertus Fridericus Brandenburgensis, in Prussia dux  
ad Philippum II regem Hispaniae  
falcones mittit.*

*(Lat., orig.)*

*A.G.S. Estado Leg. 666 f. 16.*

N. 136.

*Romae, 9.VI.1571.*

*Cardinalis Stanislaus Hosius  
ad comitem de Montagudo  
laudat imperatorem et regem Hispaniae ob eorum confessioni Augustanae  
oppositionem; de rebus fidei in Polonia.*

*(Lat., exemplar.)*

*A.G.S. Estado Leg. 666 f. 49.*

N. 137.

*Pragae, 1.II.1571.*

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de regis Poloniae prospectata adhaesione ad « ligam » [contra  
Turcas].*

*(Hisp., orig., sig., ex parte cryptogr.)*

*A.G.S. Estado Leg. 666 f. 69.*

N. 138.

*S.l., post 26.VI.1571.*

*Ignotus  
ad usum officii  
relatio abbreviata scriptorum comitis de Montagudo ad Philippum II  
de d.r., i.a. de electione Stephani Batory in principem Transilvaniae.*

*(Hisp.)*

*A.G.S. Estado Leg. 666 f. 92.*



PARS I - EL. VIII

N. 139.

Pragae 22.V.1571.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II, regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de prospectata electione Stephani Batory in principem Transilvaniae et de prospectato novo matrimonio regis Poloniae [Sigismundi Augusti].*

*(Hisp., sig., partim cryptogr.)*

A.G.S. Estado Leg. 666 f. 95.

N. 140.

Viennae 31.VII.1571.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de interventu reginae Polonia [Catharinae] in nuptiis archiducis Caroli.*

*(Hisp., orig., sig., partim cryptogr.; haec epistola habetur in duplicato identico).*

A.G.S. Estado Leg. 666 f. 106.

N. 141.

Viennae, 18.VIII.1571.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de praesentia in curia imperiali reginae Poloniae [Catharinae].*

*(Hisp., orig., sig.)*

A.G.S. Estado Leg. 666 f. 107.

N. 142.

s.l., [post 6.XI.1573].

*Ignotus  
ad usum officii  
abbreviata relatio scriptorum comitis de Montagudo ad Gabrielem Çayas,  
quae diebus 30.IX., 28.X., et 6.XI.1573 scribebantur de d.r., i.a. de  
remuneratione Constantini Magni pro expensis in electione regis  
Poloniae factis; de credito « de los Fucares » [Fugger, Fukier].*

*(Hisp. Notandus est error in collocatione huius scripti in Leg. 666, ubi  
documenta anni 1671 servantur).*

A.G.S. Estado Leg. 666 f. 118.

N. 143.

s.l., [post. 21.XI.1571].

*Ignotus*

*ad usum officii*

*abbreviata relatio litterarum secretarii Bellido ad Gabrielem Çayas, Viennae, 21.XI.1571 scriptarum, de d.r., i.a. de prospectato bello contra Turcas, cum participatione regis Poloniae, [Sigismundi Augusti] et « Bayvodae » [principis Transilvaniae, Stephani Batory].*

*(Hisp., ex parte « descifrada »)*

A.G.S. Estado Leg. 666 f. 125.

N. 144.

Viennae, 27.XI.1571.

*Comes de Montagudo*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*de d.r., i.a. de cardinalis Comendoni in Poloniam projectu, de prospectato regis Sigismundi Augusti divortio, de liga contra Turcas.*

*(Hisp., partim cryptogr., orig., sig. Adest Duplicatum E 660 f. 154).*

A.G.S. Estado Leg. 666 f. 133.

N. 145.

s. l., 12.XII.1571.

*Comes de Montagudo*

*ad commendatorem maiorem Castiliae*

*de cardinalis Commendoni in Poloniam itinere.*

*(Hisp., exemplar)*

A.G.S. Estado Leg. 667 f. 1.

N. 146.

Claudiopoli [Colosvar, Cluj], 14.XII.1571.

*Stephanus Bathory [princeps Transilvaniae]*

*ad R.P. provincialem S.I. in Vienna*

*rogat, ut praedicatorum ex Societate Iesu in Transilvaniam mittantur.*

*(Lat., exemplar).*

A.G.S. Estado Leg. 667 f. 2.

PARS I - EL. VIII

N. 147.

Viennae, 28.V.1572.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de incursione Turcarum in Valachiam, deque adiutorio Va-  
lachis a Polonia dato.*

*(Hisp. Exemplar e cryptographo, cum adnotationibus Philippi II).*

A.G.S. Estado Leg. 667 f. 12.

N. 148.

s.l. [post 29.V.1572].

*Ignotus  
ad usum officii  
brevis relatio scriptorum comitis de Montagudo ad Philippum II, de d.r.,  
i.a. de infirmitate regis Poloniae Sigismundi Augusti; de Alberto  
Łaski, qui servitia sua regi Hispaniae offert.*

*(Hisp., exemplar integrum v. N. 157.)*

A.G.S. Estado Leg. 667 f. 20.

N. 149.

Viennae, 19.I.1572.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de Stephani Batory litteris ad provincialem S.I.; de fama  
referente regem Poloniae se a concubina separasse.*

*(Hisp., ex parte cryptogr., orig., sig., cum adnotationibus Philippi II;  
habetur relatio abbrev. E 667 f. 22).*

A.G.S. Estado Leg. 667 f. 21.

N. 150.

Matriti, 22.VII.1572.

*Philippus II rex Hispaniae  
ad [Albertum Łaski] palatinum Siradiensem  
benevolentiam attestatur.*

*(Lat., Exempl.)*

A.G.S. Estado Leg. 667 f. 25.

N. 151.

Cnesino [Knyszyn] 7.VII. et  
Viennae 24.VII.1572.

*Ignotus*  
*ad destinatarios non nominatos (« avviso »)*  
*nuntiat decessum regis Poloniae [Sigismundi Augusti]; de archiduce Er-*  
*nesto, aliisque qui regi succedere possunt.*  
*(Ital., folium laceratum).*  
A.G.S. Estado Leg. 667 f. 26.

N. 152.

Viennae, 13.II.1572.

*Comes de Montagudo*  
*ad Philippum II regem Hispaniae*  
*de d.r., i.a. de litteris regis Poloniae deque prospectu concertatae actionis*  
*Imperii, Poloniae, Transilvaniae et Moscoviae contra Turcas.*  
*(Hisp., « Descifrada »)*  
A.G.S. Estado Leg. 667 f. 56.

N. 153.

Viennae, 5.IV.1572.

*Comes de Montagudo*  
*ad Philippum II regem Hispaniae*  
*de d.r., i.a. de morte [Catharinae] reginae Poloniae in Linz; de tributo*  
*quod Turcae a palatino Transilvaniae petunt.*  
*(Hisp. orig., partim cryptogr., sig.; habetur exemplar v. N. 154)*  
A.G.S. Estado Leg. 667 f. 78.

N. 154.

Viennae, 5.IV.1572.

*Comes de Montagudo*  
*ad Philippum II regem Hispaniae.*  
*(Hisp. exempl.; orig. v. N. 153.)*  
A.G.S. Estado Leg. 667 f. 80.

PARS I - EL. VIII

N. 155.

Viennae, 28.IV.1572.

*Albertus a Lasko [Łaski] palatinus Siradiensis  
ad Philippum II regem Hispaniae  
rogat, ut inter regis servitores adnumeretur.  
(Lat., orig., sig. « Korab »).  
A.G.S. Estado Leg. 667 f. 85.*

N. 156.

s.l., [post 28.IV.1572].

*Ignotus  
ad usum officii  
relatio brevis epistolae Caroli Rym, oratoris imperatoris Constantinopoli,  
de 28.IV.1572, de d.r., i.a. de conflictu palatini Transilvaniae [Stephani  
Bathory] cum Gaspar Bekes; de intercessione regis Poloniae coram  
sultano in favorem Bogdani [palatini Valachiae].  
(Hisp.)  
A.G.S. Estado Leg. 667 f. 89.*

N. 157.

Viennae, 2.V.1572.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de maiori firmitate regis Poloniae in rebus fidei, deque eius  
prospectato ingressu in Ligam; de missione Alberti Łaski in curia  
imperiali.  
(Hisp., exemplar, « Descifrada » in integro; habetur abbreviatio N. 148.)  
A.G.S. Estado Leg. 667 f. 91.*

**PARS II - ELEMENTA XI**



PARS II - EL. XI

N. 1.

Viennae, 5.VII.1572.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de cardinalis Commendone e Polonia reditu, deque regis Poloniae [Sigismundi Augusti] conditionibus positis ad partem sumendam in Liga.*

(*Hisp. Exemplar. Relatio brevis: v. E. 668 f. 10.*)

A.G.S. Estado Leg. 668, f. 11.

N. 2.

Viennae, 20.VII.1572.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de decessu regis Poloniae [Sigismundi Augusti].*

(*Hisp. Orig. Sig. Relatio brevis: v. E. 668 f. 14.*)

A.G.S. Estado Leg. 668 f. 15.

N. 3.

Viennae, 16.VIII.1572.

*Comes de Montagudo  
ad ducem Albae  
de d.r., i.a. de periculo invasionis Moscovitarum in Lithuania; de proxima electione regis Poloniae deque Ioanne de Austria.*

(*Hisp. Exempl. Relatio brevis: v. E. 668, f. 18.*)

A.G.S. Estado Leg. 668, f. 20.

N. 4.

Viennae, 23.VIII.1572.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de missione Rosenberg et Pernestan data ut archiducem Ernestum in regem Poloniae eligendum proponant; de palatino Łaski.*

(*Hisp. Relatio ex cryptogr.*)

A.G.S. Estado Leg. 668 f. 21.



N. 5.

Possoniae, [post 12.X.1572.]

*Ignotus  
ad usum officii;  
abbreviata relatio litterarum comitis de Montagudo de 8 et 12.X.1572  
de d.r., i.a. de legatione Rosenberg et Pernestan in Polonia, de futura  
electione regis, de Anna Jagellonica.*

(Hisp.)

A.G.S. Estado Leg. 668 f. 24.

N. 6.

Possoniae, 12.X.1572.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de legatione regis Hispaniae in Poloniam mittendae.*

(Hisp. Relatio ex cryptogr.)

A.G.S. Estado Leg. 668 f. 26 y 27.

N. 7.

Possoniae, 13.X.1572.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de baronum Rosenberg et Pernestan adventu in Poloniam,  
deque prospectata electione archiducis Ernesti in regem Poloniae.*

(Hisp. Orig., partim cryptogr.)

A.G.S. Estado, Leg. 668 f. 28.

N. 8.

Possoniae 12.X.1572.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de missione P. Toledo, S.J. in Polonia, deque iubileo celebrando.*

(Hisp. Relatio ex cryptogr. Adest exemplar: E. 668 f. 30.)

A.G.S. Estado Leg. 668 f. 29.

N. 9.

S.L., 20.XII.1572.

*Comes de Montagudo  
ad baronem de Pernestan et Petrum Fajardo  
Nota de missione regis Hispaniae in Poloniam.  
(Hisp. Exemplar, partim cryptogr.)  
A.G.S. Estado Leg. 668 f. 32.*

N. 10.

S.L., [post 15.XII.1572]

*Ignotus  
ad usum officii;  
relatio brevis litterarum comitis de Montagudo ad Philippum II, de die  
18.XI.1572, d.d.r., i.a. de proxima electione regis Poloniae.  
(Hisp.)  
A.G.S. Estado Leg. 668 f. 33.*

N. 11.

Viennae, 18.XI.1572.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de peste in Polonia, deque proxima electione regis.  
(Hisp. Orig. Sig. Partim cryptogr. Adest relatio brevis E. 668 f. 33.)  
A.G.S. Estado Leg. 668 f. 35.*

N. 12.

Matriti, 5.IX.1572.

*Philippus II rex Hispaniae  
Petro Fajardo  
iubet eum in Poloniam ire, electionemque archiducis Ernesti in regem Po-  
loniae promovere.  
(Hisp. Minuta.)  
A.G.S. Estado Leg. 668 f. 39.*

N. 13.

S.I., 20.XII.1572.

*Comes de Montagudo  
ad Petrum Fajardo missum in Poloniam  
instructio de modo agendi in electione regis Poloniae.  
(Hisp. Exemplar, partim cryptogr.)  
A.G.S. Estado Leg. 668 f. 41.*

N. 14.

S.I., [1572]

*Ignotus  
ad usum officii;  
nota de ordine in electione regis Poloniae servando.  
(Hisp.)  
A.G.S. Estado Leg. 668 f. 42.*

N. 15.

S.I., s.d.

*Ignotus  
ad usum officii;  
relatio orationis Petri Fajardo ad status Poloniae pro Ernesto archiduce  
Austriae in regem Poloniae eligendo.  
(Hisp. Exemplar.)  
A.G.S. Estado Leg. 668 f. 43.*

N. 16.

S.I., [1573.]

*Legati Electorum Imperii  
ad proceres Poloniae et M.D. Lithuaniae  
Ernestum archiducem in regem eligere commendant.  
(Lat. Exemplar.)  
A.G.S. Estado, Leg. 668 f. 44.*

N. 17.

S.L., [1572-3]

[*Constantinus Magno*]  
[*ad comitem de Montagudo*]  
*de itinere a se in Poloniam facto iussu comitis de Montagudo deque expensis in hoc itinere.*  
(*Hisp. Orig.*)  
A.G.S. Estado Leg. 668 f. 45.

N. 18.

*Matriti, 24.I.1572.*

*Philippus II rex Hispaniae*  
*ad Albertum Fridericum Brandenburgensem, in Prussia ducem*  
*gratias agit ob falcones dono sibi datos.*  
(*Lat. Minuta.*)  
A.G.S. Estado Leg. 668 f. 49.

N. 19.

*Matriti 22.VII.1572.*

*Philippus II rex Hispaniae*  
*ad Albertum Łaski, palatinum Siradiensem*  
*gratias agit de studio quod Łaski dat ad regis Hispaniae exhortationes*  
*sequendas.*  
(*Lat. Minuta*)  
A.G.S. Estado, Leg. 668 f. 55.

N. 20.

*Matriti 4.IX.1572.*

*Philippus II rex Hispaniae*  
*Maximiliano II imperatori*  
*de d.r., i.a. de missione Petri Fajardo ad archiducis Ernesti in regem Poloniae electionem promovendam.*  
(*Hisp. Minuta*)  
A.G.S. Estado, Leg. 668 f. 86.

N. 21.

*El Pardo 14.XI.1572.*

*Philippus II rex Hispaniae  
ad archiducem Ernestum  
de negotio in Polonia.*

*(Hisp. Minuta.)*

*A.G.S. Estado, Leg. 668 f. 87.*

N. 22.

*El Pardo, 14.XI.1572.*

*Philippus II, rex Hispaniae  
ad Maximilianum II, imperatorem  
de d.r., i.a. de Ernesto archiduce in regem Poloniae eligendo.*

*(Hisp. Minuta)*

*A.G.S. Estado. Leg 668, f. 88.*

N. 23.

*S. l., [post 11.X.1572.]*

*Ignotus  
ad usum officii;  
relatio brevis litterarum Maximiliani II imperatoris ad Adamum Dietrich-  
stein de 11.X.1572, de d. r., i. a. de rebus Poloniae.*

*(Hisp.)*

*A.G.S. Estado. Leg. 668. f. 117.*

N. 24.

*Possoniae 11.X.1572*

*Maximilianus II imperator  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de prospectata electione archiducis Ernesti in regem Poloniae.*

*(Hisp. Orig., autogr. Sig.)*

*A.G.S. Estado, Leg. 668 f. 119.*

N. 25.

*Varsaviae 29.I.1573.*

*Iacobus [Uchański] archiepiscopus Gnesnensis  
aliique senatores Poloniae  
ad Petrum Fajardo  
diem audientiae coram statibus Poloniae indicant.  
(Lat. Exemplar.)  
A.G.S. Estado Leg. 668 f. 127.*

N. 26.

*S.l. 25.IV.1573.*

*Senatus Poloniae  
ad legatos Galliarum regis  
de commendata electione Henrici Valesii in regem Poloniae.  
(Lat. Exemplar.)  
A.G.S. Estado, Leg. 668 f. 128.*

N. 27.

*Matriti 15.VII.1573.*

*Gabriel Çayas  
ad Petrum Fajardo  
de rebus Poloniae.  
(Hisp. Minuta)  
A.G.S. Estado, Leg. 668 f. 129.*

N. 28.

*Pragae 7.VII.1575.*

*Comes de Montagudo  
ad Gabrielem Çayas, secretarium status Philippi II  
de negotiis in electione regis Poloniae.  
(Hisp. Orig. Sig. Partim cryptogr.)  
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 2.*

PARS II - EL. XI

N. 29.

Viennae 13.VIII.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de rebus Poloniae, Moscoviae et Prussiae.  
(Hisp. Orig. Sig., partim cryptogr.)  
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 7 y 8.*

N. 30.

S.l., s.d.

*Ignotus  
ad usum officii;  
relatio brevis litterarum comitis de Montagudo 2.VIII.1573 Viennae scrip-  
tarum ad Philippum II de d.r., i.a. de infelici exitu negotii in Polonia.  
(Hisp.)  
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 9.*

N. 31.

Viennae 8.IX.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de itinere ducis Andegavensis per terras Imperii.  
(Hisp. Orig. Sig. Partim cryptogr.)  
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 17.*

N. 32.

Viennae 22.IX.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de induitiis Moscovitae cum Regno Poloniae.  
(Hisp. Relatio ex cryptogr.)  
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 20.*

N. 33.

Viennae 26.XII.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de itinere regis electi Poloniae Henrici per Lotharingiam aliasque terras  
Imperii, deque proxima eius coronatione.  
(Hisp. Relatio ex cryptogr.)  
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 27.*

N. 34.

S.l., 4.X.1573.

*De Tartre  
ad ignotum  
de prospectato itinere regis electi Poloniae, deque eius transitu per terras  
Flandriae.  
(Hisp.)  
A.G.S., Estado, Leg. 669. f. 37.*

N. 35.

El Escorial 2.I.1573.

*Philippus II rex Hispaniae  
ad imperatorem Maximilianum II  
d. d. r., i. a. de desiderio ut archidux Ernestus fiat rex Poloniae.  
(Hisp. Minuta)  
A.G.S. Estado. Leg. 669 f. 43.*

N. 36.

Matriti 13.II.1573.

*Philippus II rex Hispaniae  
ad [Albertum Fridericum] Brandenburgensem [ducem in Prussia] pro  
oblatis falconibus gratias agit.  
(Lat. Minuta.)  
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 44.*



N. 37.

*Matriti 13.IV.1573.*

*Philippus II rex Hispaniae  
ad Adamum Dietrichstein oratorem imperatoris  
d.d.r., i.a. de missione Petri Fajardo in Polonia.  
(Hisp. Minuta.)  
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 46.*

N. 38.

*Matriti 29.IV.1573.*

*Philippus II rex Hispaniae  
ad Adamum Dietrichstein oratorem imperatoris  
d. d. r., i. a. de prospectu negotiorum in Polonia.  
(Hisp. Minuta)  
A.G.S. Estado Leg. 669 f. 47.*

N. 39.

*El Escorial 23.VI.1573.*

*Philippus II rex Hispaniae  
ad Adamum Dietrichstein, oratorem imperatoris de d. r., i. a. de electione  
regis in Polonia  
(Hisp. Minuta)  
A.G.S. Estado Leg. 669 f. 52.*

N. 40.

*S.l.-s.d. V.1573.*

*Ignotus  
ad usum officii;  
elenchus scriptorum, ad electionem regis Poloniae spectantium, quae Phi-  
lippo II transmissa sunt.  
(Hisp.)  
A.G.S. Estado Leg. 669 f. 63.*

N. 41.

S.I., [1573]

*Ignotus  
ad usum officii  
transcribit formulam iuramenti regis Poloniae Henrici Valesii.  
(Lat.)  
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 64.*

N. 42.

S.I., [1573]

*Iacobus Uchański primas aliique proceres Poloniae  
ad universorum notitiam  
de electione Henrici regis Poloniae.  
(Lat., Exemplar, cui adiungitur iuramentum oratorum regis Galliae).  
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 65.*

N. 43.

S.I., [post 30.III.1573]

*Ignotus  
ad usum officii  
dat versionem italicam relationis Michaelis Haraburdae Poloni, ad ducem  
Moscoviae Ioannem IV missi.  
(Ital.)  
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 66.*

N. 44.

*apud Varsaviam 25.IV.1573.*

*Ioannes de Montluc  
ad dignitarios et ordinem equestrem Poloniae;  
oratio pro Henrico, regis Galliae fratre, in regem Poloniae eligendo.  
(Lat. Exemplar, fragmentum)  
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 67.*

N. 45.

S.l., s.d.

*Ignotus  
ad usum officii;  
elenchus dignitatum Poloniae ad quas scribendae sunt litterae de negotio  
electionis regis.*

*(Lat.)*

*A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 68.*

N. 46.

*Varsaviae 21.V.1573.*

*Ignotus  
ad ignotum  
de iuramento praestando a rege Poloniae nuper electo, de proxima publi-  
catione decreti electionis.*

*(Lat.)*

*A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 69.*

N. 47.

*Varsaviae 11.V.[1573.]*

*Ignotus  
ad Tidemannum Klenfeldum  
de rebus in electione regis Poloniae actis.*

*(Lat., Exempl.)*

*A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 70.*

N. 48.

*S.l. 15.V.[1573].*

*Ignotus  
ignoto  
relatio de rebus Poloniae.*

*(Hisp., Exemplar.)*

*A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 71.*

N. 49.

S.l., [post 16.V.1573]

*Ignotus  
ad imperatorem vel eius ministros;  
informat de dignitariis Polonis qui regi Henrico manent adversi; incitat  
imperatorem, ut Henrico accessum in Poloniam impediatur.*

(Ital.)

A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 72.

N. 50.

Constantinopoli 31.III.1573.

*Orator imperatoris apud Turcas  
ad Maximilianum II imperatorem  
de d.r., i.a. de rebus Poloniae, de spe Turcarum Moldaviam capiendi si  
Henricus Valesius in regem Poloniae eligeretur.*

(Lat. Relatio brevis)

A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 73.

N. 51.

Viennae 18.IX.[1573].

*Ernestus archidux Austriae  
ad Philippum II regem Hispaniae  
gratias agit ob auxilia sibi in « negotio Poloniae » data.*

(Hisp. Orig. Sig.)

A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 77.

N. 52.

Viennae 18.X.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de itinere novi regis Poloniae (Henrici) per terras Imperii.*

(Hisp. Orig. Sig. Partim cryptogr.)

A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 88.

PARS II · EL. XI

N. 53.

Viennae, 18.X.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
d. d. r., i. a. de episcopo Dudič.  
(Hisp. Relatio ex cryptogr.)  
A.G.S. Estado. 669 f. 90.*

N. 54.

Regiomonti 5.X.1573.

*Albertus Fridericus Brandenburgensis, in Prussia dux  
ad Philippum II, regem Hispaniae;  
falcones dono dat.  
(Lat. Orig.)  
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 96.*

N. 55.

Viennae 30.XI.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a.: de itinere Henrici electi regis Poloniae per terras Imperii;  
de cardinali Commendone; de expensis Constantini Magno in suo itinere in Polonia.  
(Hisp. Relatio ex cryptogr. Relatio brevis v. E. 669 f. 95).  
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 98.*

N. 56.

Viennae 8.XI.1572.

*Maria imperatrix  
ad fratrem Franciscum de Cordova  
de d.r., i.a. de Ernesto archiduce in regem Poloniae eligendo.  
(Hisp. Exemplar.)  
A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 99.*

N. 57.

S.l., s.d.

*Ignotus  
ad usum officii.*

*Versio brevior epistolae italicae quam Alexander Casal ad Antonium  
Roma die 9.XI.1573 scripsit de d.r., i.a. de aliquo « malo negotio » in  
Polonia.*

*(Hisp.)*

*A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 103.*

N. 58.

*Saint Dizier 13.XI.1573.*

*Henricus rex Poloniae  
ad Philippum II regem Hispaniae  
pro gratulationibus de electione gratias agit.*

*(Gall. Orig. Sig.)*

*A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 104.*

N. 59.

*S.l. 1.XII.1573.*

*Adamus Dietrichstein  
ad Açagra secretarium  
de itinere regis Poloniae per Saxoniam.*

*(Hisp. Exemplar.)*

*A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 115.*

N. 60.

*Varsaviae 1.II.1573.*

*Anna infans Poloniae  
ad Philippum II regem Hispaniae  
petit, ut pecunia quae a rege Hispaniae defuncto fratri suo Sigismundo  
Augusto debebatur, in manus internuntii, Petri Dunin Wolski, solvatur.*

*(Lat. Orig. Sig. Exemplar v. E. 671 f. 26 c.)*

*A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 116.*

PARS II · EL. XI

N. 61.

Viennae 6.V.1573.

*Petrus Fajardo*  
*ad Philippum II regem Hispaniae*  
*memoriale de rebus Poloniae a 6.V.1573.*  
*(Hisp. Orig., 4 folia duplicia, maxima ex parte cryptogr.; relationem ex*  
*cryptographo hoc v. E. 678 f. 141.)*  
*A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 120.*

N. 62.

Viennae 4.VI.1573.

*Petrus Fajardo*  
*ad Philippum II regem Hispaniae*  
*de defectu exoptati successus in negotiis Poloniae*  
*(Hisp. Orig. 4 folia duplicia, maxima ex parte cryptogr., non traducta; re-*  
*lationem ex cryptographo hoc v. E. 678 f. 113.)*  
*A.G.S. Estado, Leg. 669, f. 121.*

N. 63.

Viennae 22.VI.1573.

*Petrus Fajardo*  
*ad Philippum II regem Hispaniae*  
*de rebus Poloniae*  
*(Hisp. Orig. Sig. vest., 2 folia duplicia, cryptogr. non traducta; versio in*  
*claris non est inventa).*  
*A.G.S. Estado, Leg. 669 f. 122.*

N. 64.

Viennae 31.VII.1573.

*Comes de Montagudo*  
*ad Philippum II regem Hispaniae*  
*de d.r., i.a. de electione Henrici Andegavensis in regem Poloniae, de fluc-*  
*tuatione et timiditate ex parte imperatoris, quae causa fuerunt insuc-*  
*cessus, deque imperatoris proposito legationem Moscoviam mittendi.*  
*(Hisp. Orig. Sig. Partim cryptogr.)*  
*A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 3.*

N. 65.

Viennae 5.VI.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de electione ducis Andegavensis in regem Poloniae.  
(Hisp. Orig., Sig. Partim cryptogr. Relatio brevis v. E. 670 f. 9).  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 11.*

N. 66.

Viennae 5.VI.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Gabrielem Çayas  
de d.r., i.a. de rebus Poloniae.  
(Hisp. Orig. Sig. Partim cryptogr.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 12.*

N. 67.

Viennae 22.VI.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de ira imperatoris Maximiliani contra Curiam Romanam propter  
infelicem exitum negotii in Polonia.  
(Hisp. Orig. Sig. Partim cryptogr. Relatio brevis v. E. 670 f. 21.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 13.*

N. 68.

Viennae 22.VI.1573.

*Adamus Dietrichstein  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de infelici exitu electionis regis Poloniae.  
(Hisp. Orig. Sig.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 14.*



PARS II - EL. XI

N. 69.

Viennae 24.V.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de electione Henrici Andegavensis in regem Poloniae, de damnis quae im-  
perator sibi per hanc electionem illata credit, deque culpa quam in  
cardinalem Commendone transfert.*

*(Hisp. Orig., partim cryptogr.)*

A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 15.

N. 70.

s.l., [post 20.VI.1573.]

*Ignotus  
ad usum officii  
transcribit epistolas Mariae imperatricis Viennae scriptas de diebus 25.V.,  
4.VI.1573 ad Philippum II, in quibus praesertim de electione regis Po-  
loniae agitur.*

*(Hisp.)*

A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 16 (1,2)

N. 71.

S.l., s.d.

*Constantinus Magno  
ad Philippum II regem Hispaniae  
petit, ut pro opera in Polonia praestata a rege Hispaniae remuneretur.*

*(Hisp. Orig.)*

A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 18.

N. 72.

Pragae 26.V.1575.

*Comes de Montagudo  
ad Gabrielem de Çayas, secretarium Philippi II regis Hispaniae  
de d.r., i.a. de expensis in Polonia factis.*

*(Hisp. Exemplar.)*

A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 25.

N. 73.

Viennae 22.V.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de electione, Varsaviae facta, ducis Andegavensis in regem Poloniae.  
(Hisp. Orig. Sig.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 26.*

N. 74.

s.l., [post 10.V.1573.]

*Ignotus  
ad usum officii  
extractum epistolae quam Lovicii Petrus Fajardo scribebat ad comitem  
de Montagudo de non obtenta electione Ernesti archiducis in regem  
Poloniae, deque probabili proxima proclamatione Henrici Andega-  
vensis.  
(Hisp. Exemplar, partim cryptogr.)  
A.G.S. Estado. Leg. 670 f. 28, 1<sup>o</sup>.*

N. 75.

Viennae 20.V.1573.

*Comes de Montagudo  
ad ducem Albae  
de principum Germaniae gestis in electione regis Poloniae.  
(Hisp. Exemplar.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 29 (1)*

N. 76.

Viennae 15.V.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Gabrielem de Çayas  
de d.r., i.a. de infausto negotio in Polonia.  
(Hisp. Orig.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 31.*

PARS II - EL. XI

N. 77.

Viennae 12.V.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
relatio de iis quae facta sunt in electione regis Poloniae.  
(Hisp. Relatio ex cryptogr. - Orig. cryptogr. v. E 670 f. 32 2.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 33.*

N. 78.

Viennae, noctis tempore 15.V.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de rebus Poloniae ad electionem regis spectantibus nuperrime nuntiatis.  
(Hisp. Orig. Sig.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 35.*

N. 79.

Viennae 16-17.V.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de vocibus a Maximiliano II imperatore relatis de electione Henrici An-  
degavensis in regem Poloniae.  
(Hisp. Orig. Habetur exemplar in E .670 f. 47).  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 36.*

N. 80.

Viennae 3.V.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Constantinum Magno  
ut in Poloniam, ad Petrum Fajardo proficiscatur eique in negotio de rege  
Poloniae eligendo adstet.  
(Hisp. Exemplar.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 37.*

N. 81.

Viennae 29.IV.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Petrum Fajardo  
de pecunia per Constantinum Magno ad eundem Fajardo mittenda pro  
negotio electionis.  
(Hisp. Relatio brevis)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 38.*

N. 82.

Viennae, 29.IV.1573.

*Comes de Montagudo  
ad usum Philippi II  
transcribit epistolam Mariae imperatricis de 29.IV.1573.  
(Hisp. Orig.)  
A.G.S. Estado Leg. 670 f. 40.*

N. 83.

Lowicz 8.V.1573.

*Petrus Fajardo  
ad comitem de Montagudo  
de eventibus et prospectibus in electione regis Poloniae.  
(Hisp., relatio ex cryptogr. - V. E. 670 f. 42,3.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 42,1.*

N. 84.

Viennae, 16.V.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
refert colloquium habitum cum Maximiliano II imperatore de electione  
regis Poloniae.  
(Hisp.)  
A.G.S. Estado Leg. 670 f. 47.*

N. 85.

S.l. [post 6.VI.1573.]

*Ignotus  
ad usum officii;  
brevis relatio epistolarum comitis de Montagudo ad Philippum II Vien-  
nae, diebus 12, 14, 15, 16.V. scriptarum, de electione regis Poloniae, etc.  
(Hisp.)*

A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 48.

N. 86.

Viennae, 16.IV.1573.

*Rudolphus Romanorum rex  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de electione regis Poloniae  
(Hisp. Orig. Sig.)*

A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 51.

N. 87.

Viennae, 16.IV.1573.

*Ernestus archidux Austriae  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d. r., i. a. gratias dicit propter beneficia quotidiana.  
(Hisp., Orig. Sig. vest.)*

A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 52.

N. 88.

Viennae, 18.IV.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d. r., i. a. de electione regis Poloniae.  
(Hisp., Relatio brevis)*

A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 55.

N. 89.

Viennae 12.IV.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Gabrielem Çayas  
de d.r., i.a. de ignorantia rerum polonicarum Romae.  
(Hisp. Orig. Sig.)  
A.G.S. Estado Leg. 670 f. 62.*

N. 90.

Viennae 18.IV.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de convocatis in Polonia comitiis ad regem eligendum deque  
negotio ducatus Barenensis et pecunia regi Poloniae debita.  
(Hisp. Relatio ex cryptogr.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 63.*

N. 91.

Pragae 7.IV.1575.

*Comes de Montagudo  
ad Gabrielem Çayas  
de d.r., i.a. de bona spe in « negotio Poloniae ».  
(Hisp. Orig. Sig.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 64-66.*

N. 92.

Viennae 8.III.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de d.r., i.a. de Petro Fajardo in Poloniam designato; de pecunia deposita.  
(Hisp. Orig. Sig. Partim cryptogr.)  
A.G.S. Estado Leg. 670 f. 70.*

N. 93.

S.l., [post 8.III.1573]

*Ignotus*  
*ad usum officii*  
*relatio brevis epistolarum, quas comes de Montagudo ad regem Hispaniae*  
*scripsit 28.II et 8.III.1573 de d.r., i.a. de negotio electionis regis*  
*Poloniae.*

(Hisp.)

A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 73.

N. 94.

Viennae 7.II.1573.

*Comes de Montagudo*  
*ad Gabrielem Çayas*  
*de d.r., i.a. de proposito in Gallia habito coronam Poloniae obtinendi.*

(Hisp. Orig. partim cryptogr.)

A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 81.

N. 95.

S.l., [post 14.II.1573.]

*Ignotus*  
*ad usum officii;*  
*relation brevis scriptorum comitis de Montagudo de 51.I. et 7 et 14.II.1573.*

(Hisp.)

A.G.S. Estado Leg. 670 f. 83.

N. 96.

Viennae 28.II.1573

*Comes de Montagudo*  
*ad Philippum II regem Hispaniae*  
*de d.r., i.a. de nuntiata imperatori voluntate Philippi ut Ernestus, et non*  
*alius filius imperatoris, ad regnum Poloniae promoveatur.*

(Hisp. Relatio ex cryptogr., cui adjungitur ultimum folium origin. Sig. -  
Relatio brevis v. E. 670 f. 96)

A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 85.

N. 97.

Viennae 16.II.1573.

*Comes de Montagudo*  
*ad ducem Albae*  
*de archiducis Ernesti, vel archiducum Mathiae vel Maximiliani in regem*  
*Poloniae prospectata electione.*  
(Hisp. Exemplar.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 86.

N. 98.

S.l., 24.II.1573.

*Petrus Fajardo*  
*ad comitem de Montagudo*  
*de iis quae rex Hispaniae Polonis dare potest pro electione filii imperato-*  
*ris in regem Poloniae.*  
(Hisp. Exemplar. Relationes breves: E 670 f. 73 et f. 96)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 89.

N. 99.

Varsaviae 8.V.[1573]

*Petrus Fajardo*  
*ad Gabrielem Çayas*  
*de prospectata electione regis Poloniae.*  
(Hisp. Orig.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670, f. 90.

N. 100.

Viennae 12.II.[1573].

*Maximilianus II imperator*  
*ad Philippum II regem Hispaniae*  
*de d.r., i.a. de electione regis Poloniae.*  
(Hisp. Orig. Sig.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 93.



N. 101.

Viennae, 13.II.[1573.]

*Maximilianus II imperator  
ad Philippum II regem Hispaniae  
de negotiis in electione Ernesti in regem Poloniae  
(Hisp., Orig. Sig.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 95.*

N. 102.

Viennae 14.II.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae  
refert relationem Petri Fajardo de prospectata in Polonia electione regis.  
(Hisp. Relatio ex cryptogr., cui adiungitur ultimum folium orig. Sig.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 99.*

N. 103.

Viennae 14.II.1573.

*Comes de Montagudo  
ad Philippum II regem Hispaniae,  
de negotiis in electione regis Poloniae  
(Hisp. Relatio ex cryptogr.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 100.*

N. 104.

[Viennae, 1573].

*Ignotus  
ad notitiam Philippi II.  
Textus orationis a Petro Fajardo coram statibus Poloniae faciendae; con-  
doletur de morte Sigismundi Augusti; archiducem Ernestum in re-  
gem eligendum commendat.  
(Lat. Exemplaria adsunt A.G.S. E. 678 f. 63, f. 118.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 103.*

N. 105.

Opole 14.I.1573.

*Petrus Fajardo*  
*ad archiepiscopum Gnesnensem, primatem Poloniae*  
*nuntiat suum in Polonia adventum ad promovendam causam electionis*  
*archiducis Ernesti in regem; litteras Philippi II remittit.*  
(Hisp. Exemplar.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 104.

N. 106.

S.l., [post 17.III.1573.]

*Ignotus*  
*ad usum officii*  
*relatio brevis epistolarum quas comes de Montagudo scripsit ad Philip-*  
*pum II Viennae 25.I. et 24.II.1573, de electione regis in Polonia, etc.*  
(Hisp.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 108.

N. 107.

S.l., [post 10.I.1573.]

*Ignotus*  
*ad usum officii*  
*relatio brevis epistolae quam comes de Montagudo scripsit ad Philip-*  
*pum II Viennae 10.I.1573, de d.r., i.a. de electione regis Poloniae.*  
(Hisp.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 109.

N. 108.

Piaseczno 9.I.1573.

*Anna [Jagellonica]*  
*ad Maximilianum II imperatorem*  
*ut pro ea coram rege Hispaniae intercedat in negotio de ducatu Barensi.*  
(Ital. Orig. Sig.)  
A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 110.

PARS II - EL. XI

N. 109.

Viennae 10.I.1573.

*Comes de Montagudo*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*de d.r., i.a. de electione in Polonia, deque parte quam in ea habet legatus cardinalis Commendone; de tentata a rege Galliae promotione in regem ducis Andegavensis, etc.*

*(Hisp. Orig., partim cryptogr.)*

*A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 111.*

N. 110.

Viennae 9.I.[1573.]

*Maximilianus II imperator*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*de d.r., i.a. de missione Petri Fajardo in Polonia, de regis Galliae ibi interventu, etc.*

*(Hisp. Orig., sig.)*

*A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 117.*

N. 111.

Viennae 9.I.1573.

*Ernestus archidux Austriae*

*ad Philippum II regem Hispaniae*

*de « negotii in Polonia » futuro fausto exitu.*

*(Hisp. Orig.)*

*A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 119.*

N. 112.

S.l., 15.XI.1572.

*Ignotus*

*ad usum officii*

*producit exemplar litterarum cuiusdam cardinalis Romae die 15.XI.1572 scriptarum ad imperatorem Maximilianum, de prospectata ducis Andegavensis in regem Poloniae electione, cui auctor se opposuit; de cardinalis Hosii in eodem negotio sententia.*

*(Lat., Exemplar.)*

*A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 121.*

N. 113.

S.L. 3.XII.1572.

*Comes de Montagudo  
ad Ioannem de Çuñiga,  
de negotio electionis archiducis Ernesti in regem Poloniae, deque S. Sedis  
in hoc negotio adiutorio obtinendo.*

(Hisp. Exemplar.)

A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 123.

N. 114.

s.l. 20.XII.1572.

*Comes de Montagudo  
ad Lucam Podoski episcopum Posnaniensem;  
Petrum Fajardo commendat.*

(Lat. Exemplar.)

A.G.S. Estado, Leg. 670 f. 125.

N. 115.

S.L., [post 13.I.1575.]

*Ignotus  
ad usum officii  
abbreviata relatio epistolarum, quas comes de Montagudo ad Philippum II  
scribebat Vienna 12.XII.1574 et 13.I.1575, de d.r., i.a. de novo inter-  
regno in Polonia, deque missis episcopi Plocensis ad imperatorem.*

(Hisp.)

A.G.S. Estado, Leg. 671 f. 13.

N. 116.

[Viennae? ante 13.I.1575.]

*Constantinus Magno  
ad Philippum II regem Hispaniae.  
memorat officia iam praestita in electione regis Poloniae, et novo orto  
interregno iterum sua servitia proponit.*

(Hisp. Orig.)

A.G.S., Estado, Leg. 671 f. 17.

N. 117.

S.L., [post 18.XII.1574.]

*Ignotus*

*ad rei memoriam*

